MEDICARVM EXERCITATIONVM

IOSEPHI PHAVORINI A CLAVARIIS

Fabrianensis, Medici Physici apud Camertes;

LIBER

In quo ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΚΗ, ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ, *ac* ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ, *inter alias summas Medicinæ partes explanantur; Res. s. Naturales, & Præternaturam, vnà cum recta eisdem occurrendi Methodo, iuxtà Principum Medicorum sententiam, enodata veritate discutiuntur.*

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. D. MARIANVM PERBENEDICTVM S. R. E.
Card. Amplisss. Patronum Colendissimum.

DELPHICA VERIDICVS RESERANS PENETRALIA, DEXTRO



VT FAVEAT CAPTIS ALITE, PHAEBVS ADEST.

CAMERINI, Apud Franciscum Ioiosum. M D XCIX. Superiorum permissu

ILLVSTRISSIMO, AC REV. D. D. MARIANO PERBENEDICTO S. R. E. PRESB. CARDINALI AMPLISSIMO.

Ioſephus Phauorinus à Clauarijs Fabrianenſis. S. P. D.

MEDICARVM Exercitationum, tripartitus meus hic liber in Phyſiologiam, Pathologiam, ac Therapeuticam, principes noſtræ medicinę partes, cui iurè eſſet dicandus, conteplanti mihi, tu (Cardinalis ampliſsime) is vnus viſus es, cui multiplici nomine videretur ſacrandus: Nam pręterquamquòd mos extitit ſemper, alicui ex ſummis viris, religioſiſq; ſacerdotibus, fructuum quorumcumq; dicare primitias (vt hanc vnam ob cauſam, è medicorum campis depromptæ meę hæ tibi debeantur exercitationes) innumera accedunt etiam, in ſtudioſos omnes beneficia, quę id ipſum expoſcunt; indeficiens nimirum & inexhauſtus eiſdem benefaciendi ardor, & incredibile, ac numquàm ſatis laudatum eos adiuuandi ſtudium: Quibus ſanè omnibus, ſi practicam Medicinam facienti mihi, ſeptimo ab hinc anno, apud Illuſtres, antiquoſq; tuos Camertes, addendum eſt clarisſimæ, & illuſtrisſimę proſapiæ tuæ hominum ſanctitate, literis, atq; armis ſplendidisſimæ, decus, & ornamentum; vtrumq; extitit, quod me hortatum eſt ſæpius, monuit, tandemq; coëgit, ne alteri, quàm tibi (Mariane ampliſsime) huiuſmodi ingenij mei medicæ dicarentur, & ſacrarentē primitiæ: Tu .n. dictis pollens, & factis, tàm doctiſſimus inter illuſtrisſimos, quàm illuſtrisſimus inter doctisſimos, talis tantuſq; mihi futurus eris, qualis Plato apud clarum fuit Anthimacum: ſiquidem Poëta exiſtens hic celeberrimus, conuocatis auditoribus, vt ſuum exarandum intelligerent volumen; omnes adhuc ipſum legentem, pręter Platonem cum reliquiſſent, legam inquit nihilò minus, Plato .n. vnus inſtar eſt omnium: Sic itaq; & tu (Cardinalis prudentisſime) inſtar omnium eris, vel ſi ſolus non dedigneris, tuam ob benignitatem, tenuisſimi voluminis mei lucubrationes luſtrare, & audire vigilias. His .n. cum intēti fuerint Imperatores, ac Reges (vt de Adriano ſcriptum comperimus, Dioniſio Siciliæ Rege, Iuba Mauritano, Hermete AEgyptiorum principe, & Alexandro Magno, qui librum etiam edidit, de tuenda valetudine, in ſuorum militum gratiam) non deſpero, Magnum etiam Perbenedictum, animi laxādi gratiâ, operam quādoq; daturum, Illuſtrisſimumq; ac Reuerendiſſ. Robertum, Epiſcopum Nucerinum, Germanum tuum, literis deditisſimum, voluptatis plurimum inde accepturum: Cum igitur iam ſatis pateſcat, exercitationum mearum hunc librum, ſub Ampliſsimi Cardinalis Camertium, auſpicijs, typis eſſe mandādum; A rei veritate aſſentari ne velle videar, hoc vnum addidero: Virtutum genus vniuerſum contendiſſe, inſimulq; pugnaſſe modò ad vnum, modò ad alterum Chriſtianæ religionis te extollere gradum, quo minus vnquam cōtentum, haud verendum ad ſupremum (fauente Deo) te euecturum. Et ecce

† 2 Gregorius

Gregorius xiij. paſtor vigilantisſimus perſpecta, cognitaq; vitæ, atq; doctrinæ tuę probitate, animi, corporiſq; candore, Epiſcopali Ciuitatis Martorani fungendo te delegauit muneri. Xiſtus V. Pontifex grauisſimus, atq; cordatus (qualem numquam ob admiranda geſta, totiuſq; Vrbis in priſtinum ferè ſplendorem, reſtaurationem, Vrbs habuit, vel habiturus eſt orbis) vbi per quinquennium, ingenti omnium admiratione, gloria, mundanæq; Reipub. commodo te Vrbi præfecit; tua in ſingulis animaduerſa, comprobata prudētia, commendata lenitate, approbata fortitudine, laudata temperantia, vtili continentia, indefeſſa, conſtantiq; iuſtitia, in Illuſtrisſimorum Cardinalium collegium cooptauit; in quo, vti fulgētisſimum ſydus, cum inter omnes appareres, iuſtitiam coleres, nec niſi, quæ Dei ſunt quęreres, Innocentius ix. innoxius quippè Paſtor, totius Romanæ Curię Tribunalium, cum Illuſtrisſimo Cardinali Saluiato ſupremum effecit auditorem. Gregorius xiiij. Maximum conſtituit eleemoſinarium, & Clemens viij. Pontifex nulli ſecundus, inuictus in bello, clemētisſimuſq; in vniuerſi Chriſtiani orbis firmanda, & cōfirmanda pace, vbi populorum, ac gētium aptisſimum te vidit gubernationi, ſacroſanctę, vnà cum grauisſimis viris, Cōſultationi pręfecit. atq; in omnib°, quę humanam expoſcunt curam, atq; ſollicitudinem, vti fidisſimum alterum cōſtituit Acatem; ac vt ſummatim dicā, vniuerſus nunc Illuſtrisſimorum Cardinalium ſenatus, te miratur, te diligit, amat, obſeruat. Atq; tui (Mariane Illuſtrisſime) quanta ſemper fuerit laus, in Reipub. adminiſtrādis gubernaculis vt vnuſquiſq; intelligat; haud ſilentio obuoluēdum decreui, quæ dum Romę ageres gubernatorem, ſapientèr præſtitiſti, ſanctæq; mandaſti. Fames igr̄ voluptatum omnium (Platone textante) neceſſaria, integram cum inuaſiſſet Italiam; Vrbs aquarum circūmdata eſſet fluctib°, Tyberiſq; ruinis; pesſimum genus hominum Vrbem ipſam, orbemq; infeſtaret, auxilium cum penè eſſet nullum; habētium omnium abeſſet commiſeratio, inſatiabilis ſuperaret cupiditas, nec malorum tot eſſet remedium, ſolus Perbenedictus cibum fregit eſurientibus, inopes impleuit panib° eoſdemq; enutriuit in fame, & perditā illam gentem, depoſuit, ac disſipauit, quarum ſanè rerum euentus, quanti faciendus ſit D. Greg. Nazianzenus in Apologetico, his verbis proponit. *τέχνη τῶν τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμη τῶν ἐπιστημῶν ἐστιν, Ἄνθρωπον ἄγειν τὸ πολυτροπώτατον τῶν ζώων, καὶ ποικιλώτατον.* Innumeris ergo rationibus, atq; cauſis, cum ad te (Card. ampliſſ.) dignitatis cuiuſq; gloriam trahas, & ornamētum; has meas ſum auſus tuo nomini exercitationes ſacrare, quę licet exiguū futuræ ſint munus, (ſi amplitudinis tuę habēda ſit ratio:) attamē quia talē euaſurum, quale tui nominis extat encomium, hinc munus exiguitate carebit, tuaq; illuſtratum authoritate, minùs indignū extiterit. Reliquum itaq; modò eſt, tenues hos meos labores, hilari fronte, ne dedigneris ſuſcipere; quòd certè ſi aſſequar, & meam apud te nihil optatius aſſequutum fore intelligam ſeruitutem, vigiliarumq; mearum fructus, apud nobiles Camertes tuos peperiſſe, non pœnitebit; Nam *Principibus placuiſſe uiris, non ultima laus eſt.*

Vale. Camerini Kal. Maij. M D I C.

CONSILII RATIO, AC DISSERENDI

INSTITVTVM AVTHORIS, IN MEDICAS SEQVENTES EXERCITATIONES.

PHAVORINVS Philosophus, ingenio agili, & eloquentia iucunda, cum persępè dicere solitus esset: Peius de fama nostra mereri lentos, ac steriles laudatores, quàm acerrimos detractores; quòd .f. detractores quantò id ardentiùs agerent, tanto maiori odio accensos appareret, tantoq; minus fidei, apud animos reperirent, audientium: At exiles laudatores amicitiæ speciem præferrent, quòd nisi diligerent, non laudarent, cæterùm nihil, aut modicum in nobis laude dignum inuenire crederentur. Sic sæpe, & ipse dicere, cum docto Nazianzeno solitus sum, satius fore (vtrisq; quò factum sit satis) aliquid in disputationibus, pro viribus afferre, quàm in omnibus deficere: siquidem, vt lib. de contemptu Mundi adnotauit Petrarcha.

Magnus enim labor est, magnæ custodia famę.

quamobrem, Philosophi, ac philosophicum, cum semper extiterit, cæteris quodamodò pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè rimari: iam, meas esse partes animaduerti (vt cum disserendi, ac disputandi, aperta, superioribus annis mihi data fuerit ansa) pro disputationis illustranda veritate, ea in primis contemplationi subijcere, quæ tum in philosophia, tum in medicina (si non omnibus, quibus fortasse, multis tamen) vtilitatem, ac voluptatem essent allatura. Platonis ergo incumbens paranetico, philosophico, in nostris alijs philosophicis exercitationibus expedito negocio, ad medicum, totum studium, in his medicis voluam. In eo etenim cum non leui, in factitanda medicina, impedimento sint, allatæ quorundam excellentium virorum (huius nostri sæculi) sententiæ; harum omnium, in integra sequenti dicendorum serie, confutationi, ac illustrationi insistam. Non ea (Deus sit mihi testis) lege, qua earundem sim factus euersor, sed vt omnes intelligant πάντων ἰσχυρότερον, ἀλήθειαν. omnium .f. fortissimam esse veritatem; pro qua sanè, quoniam sermonibus licuit semper decertare. Vastissimam camporum nostræ medicinæ dimetiens planitiem; meum hoc fuerit institutum in Physiologia, Pathologia, ac Therapeutica, aspera quæcumq; stylus compererit, in vias planas redigere, flores colligere, fructus carpere, ac vtrosq; in corollis locare; ac nè dum capiti, sed, & emunctis aduersantium naribus, accomodare. Et quamquam haud

me

me lateat grauissimos tempestatis cuiusq; professores, in aperto vniuersa iam collocasse (ita vt redundans, quibusdam nostra videri hæc posset exercitatio) id tamen constans satis superq; est, ex sententiarum oppositione, veritatem in singulis maximoperè clariorem futuram. Scribentes ergo, non vt rudiores magnitudinem nostri libri admirentur, sed vt ingeniosiores varietate doctrinæ fruantur. (non enim, vt Cœphesia dicebat, ἐν τῷ μεγάλῳ, τὸ εὖ, sed ἐν τῷ εὖ, τὸ μέγα.) *Differendi ratio quæcumq; cum duplex sit; dum altera .s. suam sententiam astruit, altera reluctantem euertit: hac primùm, digito quasi mostrata, illius repugnantium argumentorum tela, in nostra repellere, tentabimus; vno quasi obtutu, omnia vt conspici queant; atq; videri: Secantes quocirca has nostras medicas exercitationes, in tres principes partes, ac sectiones; quæ ad Physiologiam spectauerint, insculpemus in prima, in qua, Medicinæ allata definitione, eiusdem assignatis partibus, atq; subiecto, huius ipsius, immediata innotescent principia, quæ in continentia, contenta, ac impetum facientia, dispertita; omnium demonstrata essentia, natura, generatione, temperie, & nutritione; quam ab vsu, esuq; alimentorum alterationem eadem suscipiant, non iniucunda prosequemur oratione; quæ vt tota physiologica erit, sic philosophica simul, & medica: hinc verò stylum conferentes ad alteram; Humani corporis, eiusdē medicinæ subiecti, affectiones omnes præter naturam, Morbos nimirum, causas, atq; symptomata, eo philosophandi genere prosequemur, quo adamussim, omnium elucescat essentia: & ad tertiam inde accedentes sectionem, innumera, quæ ad medēdi methodum attinēt, expedita disceptatione attingemus, Indicantiumq;, indicationum, ac indicatorum, ex Galeni placitis, afferemus doctrinam: sperantes in singulis, vel pedibus, in nostram sententiam, nonnullos excellentes viros ituros, vel non longè ab eadem discessuros: Monemusq; in reliquis, quòd licèt Varini Phauorini Camertis, Episcopi Nucerini, ac nostri cōsanguinei (qui ad summum vtriusq; linguæ fastigium pleno gradu fuit deuectus, sic vt doctissimo Angelo Politiano Authore, inter doctos iam conspicuus digito mostraretur) assequuti non fuerimus eloquentiam: sat nobis erit, si Varronis exemplo, eloquentiam nullam, scientiam multam (absit iactantia) amplexati fuerimus, quamuis nec eloquentiā, nec doctrinam nobis vnquam vendicauerimus, cum* οὐδὲν *tamen* γλυκύτερον, ἢ πᾶν εἰδέναι *semper nouerimus: Vale itaq; & tu Amice lector, & æqui boniq; consulas, his nostris tenuissimis laboribus; maiora donec, & meliora forsan parturimus, neq; iniucunda interim rerum nostrarum varietate, è medicinæ fæcundissimis eruta campis, fruaris, ac perfruaris.*

IN IOSEPHI PHAVORINI, MEDICI, ac Philosophi clarissimi Exercitationes Medicas;

LIVII VITALIS OROSII, Scientiarum genere omni imbuti.

ARGVMENTVM.

HOC, Medicæ partes breuiter, facileq; gradatim
Iosephi, ternas explicat artis, opus.
Morborum abstrusas causas, discrimina, promit,
Humanos artus, quæ cruciare solent.
Curandi ratio sequitur, mortalibus ægris
Splanchica subijciens, & Acharista simul.
Quicquid, Dogma uetus Medicorum senserit unquam,
In physicis, præsens pagina ritè docet.

EIVSDEM IN MOMVM.

QVID Mome spectas stygie? dum peruigilio,
Exercitationis Hippocratidis, &
Galenianæ, rite culta Dogmata
Non erubescis dissipare dentibus?
Silebis ergo: ne pedes Iambicos
Archilochus, in te dirigat ferociter.
Doctrina, & animi robur, inuidentibus
Obsistit. etenim sola uirtus uincier
Se patitur haud unquam: sed, ut uagus Hercules,
Multiplicis Hydram capitis, opprimit ferociter.

EIVSDEM.

INSIGNIS quondam Podalirius, arte medendi
Sanabat Danaos, uulnere, peste, graues,
Atq; Machaonij succi, Pæantius Heros,
Infectus dira cuspide, sensit opem.
Democritus uiguit, medicæ, qui sedulus, artis
Hippocratem docuit, constituitq; ducem.
Nostra Phauorinum dedit ætas: undiq; claræ,
Qui numquam cessat scandere, laudis iter.
Dum populos inter latos, gentemq; Camertem,
Perpaucos, cernit Mors moribunda, mori.

OCTAVII TIPTOSTOMI CAMERTIS
Virtutum genere omni ornatissimi; in easdem
Casmen ad Lectorem.

VT Cereris cultor, sanis alimenta ministrat
Corporibus, riguum dùm colit arte solum:
Sic ægris, fessisq; potens Medicina, salutem
Promittit: quoniam mitis Apollo fauet.
Idcirco fertur, uiridi nutritus Hymetto,
Ille senex, medicum percoluisse Deum:
Cum uigilem, medico, mandauit ritè litandam
Phœbigenæ uolucrem: quæ canit, ante diem.
Excitet, ut segni mortalia corda sopore,
Consilia, & sacræ mentis ad alta uocet.
Nam Pater, ut summæ bonitatis, lumina uitæ
Suppeditat nostræ, consiliumq; pium:
Corpora, sic Chiron, medicæ dator artis, & auctor,
Conseruat, curat, suscitat, atq; regit.
Phillirides alter, medicæ Iosephus, in auras
Eu uenit, Inuentor, candide Lector, opus.

Εις τὰ ἰατρικὰ Γυμνάσματα ΙΩΣΗΦΟΥ τῶν Φαβωρίνων
τοῦ ἀθλου.

Ὀσσάτιοι ποθέουσι φυῆς ἀδυνήφατα δῶρα,
Λυσέμεν ἰητρῶν, ἢε δαημοσύνην;
Πρόσφορα λαζέσθω σφετέροισιν ἀκέσμασιν ἔργα
Ἴδμοσι μὴν πάμπαν νήδυμα δρηστοσύνη.

EXERCITATIONVM
MEDICARVM
IOSEPHI PHAVORINI A CLAVARIIS FABRIANENSIS.
SECTIO PRIMA.

✠

ARGVMENTVM.

HVMANVM Corpus (diuinę nostrę medicinæ subiectum) cùm, vel facilè, in optima seruetur valetudine, ab ægritudineq; remoueatur; quandò, quę ad vtriusq; constitutionem concurrunt, prudens Medicus sciscitatur: Medicas aggressuri Exercitationes, optimè nos facturos putauimus, tùm ab his, quæ naturalem ipsius structuram respiciunt, captare exordium: tùm ab his, quæ præternaturalem constituunt, orationem ordiri. & quoniam princeps medicinæ finis, est recta, decentiq; methodo, affectiones omnes pręternaturam, ab eodem arcere: hinc est, quòd, tripartita vniuersa dicendorum serie, in Physiologicam, Pathologicam, ac Therapeuticam, disceptationem. Prima, quam in pręsenti pręstamus, integram humani corporis fabricam, principia .s. proxima, & immediata, eorundem, constitutionem, atq; temperiem, huiusq; ab alimentorum vsu alterationem repræsentabit, primaq; ex physiologicarum rerum tractatione, Exercitationum Medicarum, scaturiet sectio: ad satietatem pinguedinis cuiusq; in genere, & specie subiectum proponens, efficientem causam, formam, & vsum.

MEDICINAE, ex grauissimorum hominum placitis, allata definitione, Theoriæ una, praxi altera, accomodata; eiusdē præsupposito subiecto; quomodò hinc medicinæ omnēs effluant partes, & ubi eorum sit collocata essentia decernitur, ac definitur. Cap. I.

MEDICAS (fauente Deo) aggressuri Exercitationes, illustrium Medicorum insectantes vestigia, illud animaduersione dignū se nobis offert in primis; vt quid Medicina sit, eiusq; partes, nostra perquirat oratio: magnus enim cum sit medicinę campus, quas huius elaboraturi simus particulas, facillimo vel negocio vnicuiq; apparebit, ipsius si attulerimus definitionem. Esto igitur, quòd medicina, Gal. authore, lib. artis medicinalis, sit scientia, salubrium, insalubrium, ac neutrorum, siu. (vt propria habetur lingua) ἐπισήμη ὑγιεινῶν, καὶ νοσωδῶν, καὶ ὐδετέρων. corporum. s. causarum, atq; signorum, vt ibidèm perscribitur, vel vt adnotauit, prima fen. primi, doc. prima, cap. 1. Arabum princeps Auic. *Scientia, qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte, qua sanantur, uel ab ea remouentur, ut habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur:* Medicinæ def. ex Gal. ex Auicen.

A Quoniam

Quotũ cognitio sit Medico necessar.

Quoniam minùs bellè curatur morbus, nec conseruatur sanitas, nisi eorum omnium habeatur cognitio, quæ humanum corpus, ex sui parte respiciunt, & quę ad sanitatem tutandam concurrunt, ad cognoscendum item morbum, ad expellendum eumdem, & ad rectam medicamentorum administrationem: hinc est, vt collocata in horum cognitione, medicina vniuersa, Φυσιολογικὴ, Ηγιεινὴ, Αιτιολογικὴ, siue Παθολογικὴ, Σημειωτικὴ, & Θεραπευτικὴ, illius principes partes scaturiant. A

Φυσιολογικὴ, & eius libri.

Est verò Φυσιολογικὴ (vt plenissimè res habeatur) ea medicinæ pars, quæ vniuersam hominis (eiusdem subiecti) structuram cum doceat, & constitutionem; diuinus noster Gal. lib. de elementis, temperamentis item, naturalibus facultatibus, fœtus formatione, de semine, de placitis Hypp. & Platonis, de vsu partium corporis humani, ac in eo suorũ operum thomo (quem recentiores Græci Φυσιολογικὸν dictitarunt) hanc ipsam absolutissimam facit; quam eamdem absoluẽs Auic. prima fen. primi, integerrimam præstitit. & Fernelius inter recẽtiores septem proprijs libris (quos Physiologiam iure vocauit) adeò politam, & elegantem constituit, vt elemẽtorum, temperamentorum, humorum, membrorum, facultatum, actionum, atq; spirituum, doctissimã (iuxtà numerum rerum, quas naturales appellamus nos medici) ꝓposuerit orationem. atq; in his, horumq; cognitione, princeps medicinę seruatur particula: B C

Physiologia Fernelii.

Ηγιεινὴ, & eius libri.

Quò ad secundam Ηγιεινὴν vocatam, hæc ea est, quæ res omnes non naturales (à nobis dictas) complectens, firmam humani corporis constitutionem bona viuẽdi lege conseruat, imminentia arcet mala, ꝓpriáq; ægrotis, & commodam victus instituit rationem, aëre, cibo, & potu; somno, & vigilia; inanitione, & repletione; motu, & quiete, animiq; vocatis accidentibus. Admouendis, educendis, faciẽdis, & extrinsecùs incidentib⁹. hanc ipsam absolui, βραχιλογίᾳ edocuit nos, de tuenda valet. libris Gal. vbi decernens, admouendorum nomine, intelligendum esse cibum, & potum, & si quid medicamentorum intrò assumitur, aeremq; attractum; faciendorũ verò frictionem, ambulationem, vectionem, equitationem, omnẽq; aliam corporis exercitationem (quam in sua gymnastica perfectissimam Illustris reddidit Mercurialis) ac quicquid, somno, & vigilia, motu, & quiete, animiq; accidentibus celebratur, à nobis: vt nomine foris incidentium, aërem nos circumdantem, vnguenta, atq; lauacra; & educendorum tandèm, quicquid in aluo, iecore, liene, venis, & arterijs, necnon reliquis corporis cauitatib⁹ atq; particulis colligitur: integram de his omnibus citatis de tuenda libris Gal. reliquit nobis doctrinam, quam in thomo (τὸ Ηγιεινὸν) D

Galeni loci explicatio.

E Ηγιεινον) inscripto, absoluit, ac prestitit: Αιτιολογικὴ ac alio nomine Παθολογικὴ, altera in ordine tertia medicinæ pars, ea cum sit, quę morbos, causas, atq; symptomata pertractat (res omnes nos dicimus præternaturam) noster Gal. libris de morborum, symptomatumq; differentijs, totoq; opere Παθολογικῷ inscripto illam facit, ac docet, Σιμειωτικὴ, in ordine quarta, signa explanans, ac indicia tradens, quibus medici futura prętagiunt, pręterita, pręsentiaq; cognoscunt, & in libris de locis affectis, & de diebus decretorijs, & de prædictione ex pulsibus, atq; Hypp. in ꝓgnosticis, coacis prænotionibus, &c. hanc ipsam præstitêre, nec F ꝓprius deest Galeni thomus, qui hoc præclaro titulo τὸ Σιμειωτικὸν fuerit ornatus: Θεραπευτικὴ tandèm, in ordine postrema, ac quinta, ea est, quę morbos, horum causas, atq; symptomata legitima præsidiorum docens propulsare, administratione, idem noster Gal. & libris Meth. medendi, & ad Glauconem conscriptis, & 5. de simplic. med. facult. totoq; volumine nuncupato Θεραπευτικῷ, adeò firmam, indubitatamq; fecit, vt tùm in omnibus, tùm in hac vna nostræ medicinę, parte diuinissimus visus fuerit, atq; mirabilis. Hæquè omnes, ab humano corpore demptæ, medicinæ sunt partes, quas secãtes in Theoriam, ac praxim G Φυσιολογικὴν, Αιτιολογικὴν, & Σημειωτικὴν, reducemus ad Theoriam: Θεραπευτικὴν, & Ηγιεινὴν, referemus ad praxim; in cuius gratiam definiens Medicinam Hyppocrates, lib. de flatibus, sic nobis reliquit textatum. *Medicina est adiectio, aut detractio; adiectio quidèm deficientium, detractio uerò eorum, quæ in corporibus hominum redundant*, quæ porrò definitio, quoniam satis superq; explicata est, à viris doctissimis, qui minùs, etiam defuêre Galenianã adamussìm interpretari, Auicennicamq; exprimere. Contenti nos, in præsentia vniuersas, ac singulas medicinæ partes adinuenisse, videamus, in quibus à nonnullis nobis datum sit vitio, quòd nostra H in medicina consistere non potest, doctrina. Quòd enim sub diuerso considerandi modo, benè definita fuerit medicina ab his tribus medicinę coriphæis, & quomodò ex Galeni mente, scientię nomen cõmunitèr accipiendũ est, quomodouè in adiectione, & detractione, tota nostra medicina practica sit collocata, cũ pateat; dicamus in huius ipsius gratiã, & Διαιτητικὴν dictã, & Φαρμακευτικὴν, atq; Χειρουργικὴν, ad eãdẽ attinêre: Diętetica etenim res omnes dictas, nõ naturales, praxi perficiẽdæ accõmodat: Pharmaceutica, medicamẽta subministrat, & Chirurgica, varia instrumẽtorũ genera, suprema manuum diligentia, operaq; proponit: Quòd si petatur, vndè tam variæ medicinæ effluant partes: dicendum ex

Παθολογικὴ, & eius libri.

Σιμειωτικὴ, & eius libri.

Θεραπευτικὴ, & eius libri.

Medicinæ practicę definitio ex Hyppoc.

Practicæ medicinę partes.

firmisſimis Medicorum placitis, ab ipſomet humano corpore, vt A
ſanabili, & ægrotabili, medicinæ ſubiecto: Vtq; ſingulæ vno patescant intuitu, Humani corporis internæ ſi expendantur cauſæ, duæ ex huiuſmodi contemplatione ſcaturiunt partes, Φυσιολογικὴ prima, ex materia, & Παθολογικὴ ſecunda ex forma: ſi verò, externæ ſubijciantur diſcurſui, Αιτιολογικὴ, tertia ex efficiente emanat; & Σημειωτικὴ, quarta, at Θεραπευτικὴ quinta; ex fine, qui totus in cognitione, & curatione poſitus eſt inſurgit. Quamobrèm cum non plures, nec pauciores ſint medicinæ partes, tempeſtiuum iam eſt, vt illatas in vna, vel altera calumnias, ꝑpulſare tentemus. B

Medicinæ partes vndè.

EX Aſſertionibus allatis, ab Aduerſario innuitur, totam ſequentem dicendorum ſeriem, collocatam eſſe in Phyſiologia, Pathalogia, ac Theraperetica, principibus medicinæ noſtræ partibus. Cap. II.

SINGVLIS ergò, pręclari viri, lectis, ac penſitatis, in Apologia aſſertionibus (proh dolor) non vnam dumtaxàt, medicinæ partem (quam in paradoxo inquirendam decreueram) eas reſpicere animaduerti, ſed tres inter omnes, principes Φυσιολογικὴν, ſcilicet C
Παθολογικὴν, & Θεραπευτικὴν. Phyſiologicam inquam, Pathologicam, & Theraupeticam, latino etiam idiomate nuncupatas. Neuè noſter mentiatur hic ſtilus. redarguens doctus vir noſtram doctrinam in Φυσιολογικὴ hęc habet. *Examinemus an in arte medica hæc tua noua doctrina, labatur, an ſubſiſtat. Sanguis noſter, nonnè eſt calidus, & humidus per te? profectò hoc non negabis, niſi fortè Hyppocrati adhereas, ut ſuperius dixi. Nonnè ex ſanguine nutrimur, & augemur, neq; hoc quiſquam inficiabitur; Sed cum ex ſanguine nutriantur, & augeantur omnia membra noſtri corporis, Veluti oſſa, nerui, cartilagines, tendones, panniculi, caro, adeps, & deniq; cætera ſimilaria membra; Qui fieri poteſt, ut hæc membra ſint diuerſi temperamenti, uidelicet nonnulla frigida, & humida, ut cærebrum, nonnulla frigida, & ſicca, ut oſſa, aliqua calida, & humida, ut caro; & ſic de reliquis: Cum omnium iſtarum partium, ſit una tantùm cauſa materialis, nempè ſanguis calidus, & humidus? &c.* D Eccè Phyſiologicus totus factus Author Apologiæ duo proponit in phyſiologia, materialem ſ. cauſam partium noſtri corporis, & tēperamentorum partium eiuſdem, diuerſitatem. Nùm verò bellè cum medicinæ principibus vnum intendat, vel alterum, opportunè conſtabit: reliquas nunc inſequentes aſſertiones, obijcit in medicina nobis vir prudens, hac dicendi formula. *Inſuper per te,*

Aduerſarii aſſert phyſiologicæ aſſertio 16.
Aſſer. 17.
Aſſert. 18.
Aſſert. 19.
Aſſer. 20.

E *te, in proprio tuo exemplo, adeps generatur ex sanguine, qui quidèm sanguis est humidus, & adeps est siccus, quomodò igitur subsistit in medicina, hæc tua noua doctrina. Quarè dicendum falsum esse in medicina, quòd causa materialis, seruet qualitates suas easdem sub diuersis formis reperta. Quoniam neminem latet, quòd qualitates, quæ insequuntur formam corrumpendam, corrumpuntur, ad suæ formæ corruptionem & introducuntur nouæ qualitates, insequentes nouam formam introductam, quià quod dat formam, dat consequentia ad formam. Et si fortè ex accidenti aliquandò uideantur esse eædem qualitates, etiàm sub noua forma introducta, sicutì prius erant sub priori forma, antequàm corrumperetur, ut quandò ex sanguine fit caro, quid* F *materia illa donèc erat sub forma sanguinis erat calida, & humida, & etiam quandò postea reperitur sub forma carnis, paritèr est calida, & humida; Caue ne decipiaris dicens esse easdem numero, sed solùm specie, & hoc est per accidens, quià accidit, ut à forma carnis, consequatur hoc temperamentum.* hęc ille, qui minùs adhùc, de materiali partium corporis causa, ac temperamentorum diuersitate, in Physiologia contentus, ad substantialem earundem accedens, demonstrandam formam, post numero quatuor factas obiectiones inquit. *Sciendum, quòd secundùm prædominium agentis; qualitates, quæ, reperiuntur in tali materia agunt in nostrum corpus, illudq; alterant, sed talis alteratio imprimi-* G *tur in nobis antequàm generetur forma substantialis, alicuius nostrarum partium, &c.* Et ad formam accidentalem reuertens ait. *Qualilitates postea, quæ reperiuntur in aliquo nostrorum membrorum, uel in totius habitu sunt de nouo genitæ, ex natura suæ formæ, de nouo iutroductæ, &c. Et perdurat per aliquod tempus talis alteratio, quæ fit per contactum in nostro corpore, uel potiùs nuncupetur, pro nunc impressio accidentalis. Et in nobis, quousq; ex cibis generatur chilus, ex chilo generantur quatuor humores, uel sanguinem appelles, & sua excrementa, & demùm donec fiunt concoctiones, attractio, retentio, appositio, & assimilatio, omnes istæ* H *alterationes, dicuntur præuiæ dispositiones ad formam de nouo introducendam substantialem, quæ educitur è materia, in ultimo instanti assimilationis.* Atq; hęc idem, qui non solùm de substantiali partium corporis differens essentia, sed humorum quoq; generatione, naturaliumq; facultatum, ad eamdem concursu, inuitat, ne in Physiologia, singularum eius assertionum, prætermittamus discursum. Modò ad Pathologiam se conferens ait. *Secundò loco intermissis authoritatibus, descendis ad rationes, & ad demonstrationes, & assumis symptoma nempè dolorem in dysenteria, & asseris, ex mente Galeni (quod omnibus notum est) dolorem aliquandò uicem causæ obtinentem, trahere ad se curationem: cum igitur dolori sit occurrendum, præcipuus scopus est (inquis) doloris mitigatio; & subdis cum dolor sit tristis, & cor-*

[Margin: Assert. 21. Assert. 22. Assert. 23. Assert. 24. Verba assert. 30. Assert. 32. Assert. 33. Assert. 34. Assert Pathologicæ Asser. 100]

rupta sensatio, & ideò symptoma spectans ad læsionem sensus, tactus, &c. A
Asser. 101. *Intestina ipsa cum solumodò donata sint à natura sensu tactus, & non uisus, auditus, gustus, aut olfactus, quererem ego abs te, ad cuius differẽtiam ponis, quòd dolor est symptoma, ad læsionem spectans sensus tactus? cum sat fuisset dicere, quod dolor est symptoma in actione læsa, facultatis animalis, cum tristis sit sensatio. Præterea cum actiones tripliciter lædi possint, uel quià diminutæ sunt, uel ablatæ, uel deprauatæ, ideò quãdò dicis dolorem esse corruptam sensationem, nescio quid per corruptã sensationem insinues, an diminutam, an ablatam, an deprauatam, quodcumq; tamèn dixeris, difficultatem patitur apud me.* Et ecce Pathologicus in his factus Aduersarius, diligentèr sciscitatur à nobis, symptomatis huius, nempè doloris B essentiam, quà minùs etiàm contentus, quid nobis per dysentericas deiectiones velimus, percipere superius fatus est: habet enim.

Asser. 102.

Asser. 93. *Nos autèm quid per dysentericas deiectiones insinues, haud facilè percipere possumus, &c.* Inde verò Therapeuticam petens, hæc monumentis literarum mandauit. *Nos alitèr ex Gal. mente sentimus, uidelicet, quòd*
Asser. Therapeuticæ. *tripliciter dolori occurritur, & primò, & hic est uerus, & principalis scopus,*
Asser. 103. *à te prætermissus, uel neglectus, & hic est uera ipsius morbi curatio, qua morbo ablato, & uicto, symptoma ex se euanescit, absq; aliqua alia curatione ut 12. Meth. Med. 1. docetur à Gal. secundus scopus est, ut per anodina, ut*
Asser. 104. *aiunt medicamenta mitigetur dolor, & hæc est cura palliata, aliquid profectò* C
Asser. 105. *præstans, sed non est uera curatio; Tertius scopus est, ut narcoticis utamur, & hoc nonnisi intempestiuè, & statim symptomati occurratur est suspitio; & hæc est cura coacta, & ideò nos abstinemus à narcoticis, quantùm possumus:*
Asser. 107. *Ille nouus scopus, quem in medium affers, qui triste obiectum, siue erodentium humorum corrigat acredinem, nec morbum respicit, nec symptoma, sed solùm causam, cui syruppis, & uictus ratione occurritur, undè manifestè apparet, quòd primò, & per se non facit ad dolorem sedandum.* Atq; hę, & consimiles, suo tamèn loco narrandæ Aduersariorum videntur assertiones, in Physiologia, Pathologia, ac Therapeutica, principibus D nostræ medicinę partibus; in quibus, ne nouitatis quidpiam nostra sapere videatur doctrina. paucis operepretium duximus, ex subministrata à prudenti viro scribendi ansa, veritatem in singulis indagare.

PROXIMIS, *Atq; immediatis, humani corporis, continentibus, contentis, & impetum facientibus, assignatis principijs; omnium explicata nomenclatura, Continentium in similaria, & dissimilaria facta diuisione, monstrataq; necessitate, ex quibus utraq; sint conflata, ex Hyppocratis, Galeni, & Auicennæ decernitur, placitis.* *Cap. III.*

E IMMEDIATA humani corporis, tàm ex Græcorum, quàm Arabum schola, inuestigantes principia, tria ex Gal. lib. de tremore, palpitat: &c. atq; Hyp. 6. de morbis popul. com. 8. esse statuimus, Ἐνίσχοντα, Ἐνισχόμενα, & Ἐνορμῶντα; continentia .s. hoc est solida; contenta, idest humores; atq; impetum facientia, siuè spiritus. *Planum est (dicebat eo loci Gal.) continentia hic appellari solidas partes, continent .n. liquidas, & humores claudunt; contenta autèm liquida seu humores, qui solidis continentur; impetum uerò facientia spiritus, quòd hi ex omni parte, & momento temporis, per uniuersas corporis partes, absq; ullo impedimento,* Sententię Hyppo. ex Gal. interpretatio.

F *facilè penetrent*. Hæc ergo humani corporis (citrà omnium controuersia) cum sint principia; absolutam de singulis, vt faciamus physiologiam, à continentibus dictis inchoãdum; videndumq; an indifferentèr omnia ex vno eodemq; sanguine, vt calido, & humido, (iuxtà quorundam positionem genita sint) vel vt omnium qualitatum participe (vtì in sequenti monstrabimus) A nuè adhùc, ex solo sanguine, vel etiam ex sanguine, ac semine, quemadmodùm ipsamet rerum natura demonstrat. Cœterùm perfectam continẽtium, vt efficiamus doctrinam, meminisse in primis cum Gal. o-

G portet 1. Meth. Med. 1. & Auic. prima fen. primi, doc. 5. cap. 1. continentia humani corporis principia, siuè solidas eiusdem partes, alias esse similares, alias dissimilares, ὁμοιομερῆ καὶ τὰ ἁπλᾶ μόρια atq; ἑτερογενῆ, καὶ τὰ δεύτερα, propria lingua notauit Gal. sunt verò similares nuncupatæ partes, & simplices dictæ à latinis, quæ vndiq; sibi similes diuiduntur: similare illud est (aiebat Philosoph. 1. de Histor. animal. 1.) de quo si sumatur definit. particulę, hæc eadem est cum definitione totius. Verùm hac in re, adnotandum, similares vocatas partes esse in duplici differẽtia, alias .s. veras, quò ad rem, alias veras, quò ad sensum: Primi generis sunt, quæ in par- Continẽtiũ partium diuisio. Similare quid. Partium similarium discrimẽ.

H tes alterius naturæ diuelli nõ possunt (vt Fibrę, Membranæ, Caro, Adeps, Os, Cartilago, Ligamentum, & Neruus) secundi verò, quę si circumspectiùs considerentur, diuersæ naturæ esse apparent, veluti venæ V.G. quæ ex fibris componuntur, atq; Membranis: Partium similarium (cõscripsit Gal. lib. de inęquali intẽperie cap. 2.) alias esse maximè similares, alias verò similares, quò ad sensum. Dissimilares partes sunt, quæ ex vtriusq; generis similaribus sunt compositę, σύνθετα, τὰ μόρια, meritò nuncupatæ. Atq; harũ partium videns in homine necessitatẽ, Gal. 1. de elem. *Homo* (testatus ẽ) *ex primis, & simplicissimis sensibilib⁹ elemẽtis, similarib⁹ nũcupatis cõstat, Fibris, mẽbranis, carne, adipe, osse, cartilagine, neruo, ligamẽto, medulla, & alijs uniuersis. Singulæ autèm instrumentariæ, (6. de placitis asserebat)* Partium dissimilarium constitutio.

animalis partes, cum ex aliis simplicioribus constent, omninò peculiari huiusmodi substantia, sunt præditæ, quali non alind totius animantis corpus. A

Partium similarium, & dissimilarium necessitas.

quod sanè, quià ex Arist. 1. de part. animal. cap. 5. vegetatiuę, sensitiuæ, ac rationalis animæ esse debet instrumentum, hinc similarium in gratiam edendarum functionum, & dissimilarium in gratiam actionum orta fuit necessitas: ad quam veritatem respiciens Gal. 1. Meth. 6. similares, particulas: dissimilares, organa nuncupauit. Sed enim de vtrarumq; essentia, atq; necessitate satis. Quod spectat ad earum materiam; hanc afferens Aduersarius, sanguinem vtì calidum, & humidum, & proindè, vnam, omnium indifferentèr, sub his verbis, esse conscripsit. *Cum omnium istarum partium sit una tantum causa materialis, nempè sanguis calidus, & humidus.* B

Assert. Aduers. 19. & eius confutatio.

aduersùs quā vanam sententiam, insurgens lib. de humana natura Hyppoc. tex. 4. sic ferè argumentatur. *Ego autèm dico, si homo unum esset, numquàm doleret; neq; enim esset, à quo dolore afficeretur; quòd si doleret, unicum tantùm remedium, necessariò sufficeret.* hæc ibi Hypp. qui binas assignans, omnibus notas rationes, contra eruditum aduersarium, hæc, loco minoris propositionis, ibidem adduxit. *At uerò multa habentur, ac corporibus insunt, quæ cum pratèr naturam, à se mutuò, calida, frigida, sicca, aut humida facta sunt, producunt morbos, hinc plures morborum species, multiplexq; medendi ratio.* quarè conclusionis loco C

Hypp. ratiocinatio prima cōtra assert. aduers.

addamus nos, non vnum est homo, neq; vna eiusdem est causa materialis nempè sanguis calidus, & humidus; sed sanguis pituita, & vtraq; bilis: τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν διπλὴν, ἤγουν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. *Corpus autèm hominis, habet in semetipso sanguinem, pituitam, & duplicem bilem, flauam, scilicet, & nigram.* libro eodem tex. 14. prædixit Hypp. qui intentus adhùc detestationi sententiæ nostri aduersarij, & assectarum, argumenta adducit, & causas, ob quas singula in corpore nō solùm generentur, sed augeantur, ac nutriātur: habet ergo tex. 8. D

Hypp. ratiocinatio 2. cōtra dictam asser.

Porrò igitur hominis generationem, ab uno principio fieri nequit. Quomodò autèm, quod unum est, generare aliud posset, nisi quid aliud admisceretur? cum nè mixta quidèm nisi, quæ miscentur eiusdem sint generis, eamdemq; habeant facultatem, generare possint, neq; similia efficiantur. Ecce ex impossibilitate generationis (ad quam requiritur mixtio) ex vna tantum materia V. G. sanguine calido, & humido partes hominis generari, non posse, demonstrat; & benè quidèm. Generatio enim, cum ex alteratione, & formatione fiat; quì fieri potest, vt alteratio, formationem præcedat, necnon mixtio, ad compositorum constitutionem pernecessaria; ac ex vno materiali insurgat principio? *& rursùs cum generatio futura non sit, nisi calidum,*

frigidum,

A E *frigidum, humidum, ſiccum, mutuò, ac temperatè, necnon æquali modo ſe compatiantur, quamobrèm neceſſe eſt hominem, non ex una re conſtare, ſed unumquodq; eorum, quæ ad generationem quidquam faciunt, talem quampiam uim in corpore poſſidere, qualem contribuit*. Cœterùm, non ſolùm ex generationis modo, hominem ex vno principio coſtare, negat Hypp. ſed ex corruptione ipſa, atq; interitu: dicens enim tex. 12. *Rurſus quandò corpus humanum interit, neceſſum eſt ſingula ad ſuam naturam conuerti, utpotè humidum ad humidum, & quod ſiccum eſt ad ſiccum, & frigidum ad frigidum, &c.* Manifeſtè ex his, hominis corpus conſtare demonſtrat; nàm eodèm recedit, vndè eſt conſtitutum: & B F propterea concludamus cum Hyp. tex. 19. humani corporis, vel ſolidarum eius partium materiam, ſanguinem eſſe pituitam, bilem, tùm flauam, tùm nigram. Hos ſiquidèm contingat humores, à prima origine vſq; ad extremum vitæ terminum, in animantibus reperiri, ac eſſe congenitos, in generatione ſcilicet auctione, & nutritione, vt infrà patebit. Atq; hæc cum Hyppocrate, de ſolidarum partium conſtitutione, quantùm ego opinor, vera extat ſententia. Quòd ſi qui ſint, qui cum aduerſario ſentiant, ex ſolo ſanguine, vt calido, & humido, hominis corpus eſſe conflatum, in eam opinionem adducti videntur, vt conſpicientes in hominibus, C G qui iugulantur ſanguinis è corpore defluxum, hunc animam fuiſſe ſunt perſuaſi. Sed ad Galenum, hic igitur ab Hypp. 6. de tuenda valet. non recedens, necnon lib. de different. morborum, & 2. de elementis in initio, hæc habuit. *Igitur, ut calidum, humidum, frigidum, & ſiccum, omnium rerum communia ſunt elementa, ſic nimirùm ſanguis, pituita, bilis, tùm flaua, tùm atra, omnium animalium ſanguine prædi-torum, propria elementa exiſtunt. At uerò, quòd omnes ſanguineorum animalium partes ex materno ſanguine, gignantur ſatìs omnibus conſtat; qui cum ſit non modò pituitæ, ſed utriuſq; etiam bilis particeps, demõſtratum eſt, D H qua ratione adductus Hyppoc. ipſos quatuor humores, materiam eſſe generando homini tradidit*. Quòd ſi quis, noſtri aduerſarij tutans partes, afferat: ſanguinis nomine, intelligendam eſſe, totam maſſam ſanguineam, participem aliorum omnium humorum. Reſpondemus, dupliciter huiuſce viri tutorem in phyſiologia peccare: primò quidèm, quia aſſumptus ſanguis, pro tota maſſa ſanguinea, quæ per venas fertur, quæq; quatuor diſtinctis, ac varijs partibus inſignita continetur, non magìs calidus, & humidus eſt, quàm frigidus, & ſiccus. (Pars enim rubra, mediocris ſubſtãtiæ, ac moderatè calida, ſanguinem oſtendit, tenuis flaua, ac admodùm calida, bilem; cruda, liquida, & alba pituitam; craſſa verò, nigra, & fœculenta melancholiam.) ſecundò autèm, quià licet id ſibi concede-

retur

Hypp. ratiocinatio, 3. ex tex. 10.

Hypp. ratiocinatio 4.

Hypp. ratiocinatio 5. ex tex. 22.

Gal. ſent. contra aſſert. Aduer.

Reſponſio ad obiectionem tacitam.

retur (sanguinem.s. vtì calidum, & humidum, materialem esse causam omnium partium corporis nostri:) quis non videt, maiorem priori hunc esse errorem? Nostræ etenim corporis partes, cũ aliæ generentur ex sanguine tantùm, aliæ ex semine, & aliæ ex vtroq;: non admodùm constat, quomodò Hyppocratica, Galenianaq; Authoris Apologiæ extet doctrina, decernens. *Sed cum ex sanguine, ut calido, & humido generantur, nutriantur, & augeantur ossa, nerui, cartilagines, tendones, panniculi, caro, adeps, & deniq; cætera similaria membra, &c.* Siquidèm aduersùs hanc vanam assertionem insurgens Auicennas, prima fen. primi, doc. 5. cap. 1. hæc habuit. *Et denuò dicemus, quòd membrorum alia sunt, quæ generãtur ex spermate, quæ sunt similarium partium, præter carnem, & adipem: & alia sunt, quæ ex sanguine generantur, ut caro, & adeps; quòd .n. est, pratèr hæc duo, ex duobus generatur spermatibus, masculorum spermate, & spermate mulierum.* ex qua Auic. sententia, cum habeamus, aliam esse materialem causam carnis, & adipis, & aliã reliquarum partium similarium, concludamus Aduersarij doctrinam, nec Hyppocraticam, nec Galenianam, nec Auicennicam esse. Vtq; clariùs vniuersa patescant, adnotatione occcurrit dignum, quòd partium humani corporis, cum aliæ sint sanguineę; seminales aliæ: ex semine producuntur hæ, ex sanguine illę: & quamquàm Arist. (Gal. referente 1. de semine cap. 12.) visus fuerit sentire, sanguinem, atq; hunc mestruum, materialẽ causam esse partium corporis, non propterea cum aduersarij sententia ꝑsistendum; propterea quòd sanguis ille non eamdem in omni mẽbro seruat naturam, verùm commutatur in semen, ex quo postea seminales producuntur particulę: atq; huic veritati innixus 1. de semine cap. 10. Gal. solam carnem conscripsit generari ex sanguine; reliqua verò generari quidèm, ex sanguine, sed vt mutato in semẽ, quarè non satis est, solus sanguis, ad solidarum partium generationem, sed, & semen requiritur, tùm masculinum, tùm fœmininum, vt elegantèr conscripsit Lucretius.

Semper enim partus duplici de semine costat,
Atq; utriq; simile est magis, id quodcumq; creatur,
Eius habet plus parte æqua, quod cernere posfis,
Siuè uirum suboles, siuè est muliebris origo.

Sed ad Gal. *Sanguis etenim* (habet lib. de semine) *semẽq; genitale generationis nostræ primordia sunt.* ꝙ idẽ repetens 8. de plac. 1. & com. 23. 1. de natura humana, apertè decernit, sanguinẽ mestruũ esse alterũ generationis principium, & hoc magis materiale, quàm semen: ꝙ (eodẽ referente 2. de semine) nõ solùm facultas est, sed, & materia quędam; nec mestruum materia solùm est, sed, & facultas. Verùm specificè rem, inquiramus.

Asser. aduer. vt conside retur errore scatet.

Assert. 17. & eius cõs.

Auicennæ senten. aduersa supradictę assert.

Locus Arist. interpretatur.

Lucretii sententia aduersa assert. aduer.

A E *OSSIVM, cartilagenum, ligamentorum, membranarum, tendonum, glandularum, fibrarum, uenarum, arteriarum, atq; neruorum, propria, ac determinata ſeminali aſſignata materia, undè diuerſitas, in eiſdem profluat temperiei, obitèr indagatur.*

Cap. IV.

SOLIDARVM, Ac ſimilarium corporis partium, ſpecificam magìs factitantes doctrinam, hanc proponens nobis Gal. 1. de ſemine. *Membranoſa* (inquit) *omnia, ex ſemine ſuum ortum ſortiuntur, quæ autèm carnoſa ſpecie ſunt, omnia ex ſanguine condita, ob id, quæ ex ſanguine ge-* Cal. ſentẽtencia cõtra aſſer. Apolog.

B F *nerata ſunt, ſi corrumpantur, quandoq; facilè regenerantur, ut quæ materiam generationis largam poſſideant, &c.* quæ verò ex ſemine, vel nulla, harum regeneratio eſt, vel difficilis. Vndè oſſa (dicebat Hypp.) diſciſſa non augeri, nec agglutinari. Sed ſpecificè magìs loquens Auic. prima primi, doc. 5. cap. 1. Omnes partes ſimilares, prætèr carnem, & adipem, productas eſſe, ex ſemine commonefecit, & exordium ſumens ab oſſibus, ex Galeni decretis, libro de ſemine, oſſa textatur eſſe, membra ſimilaria, genita ex ſemine, gratiâ fundamenti, omnium partium corporis. Cæterùm, ex eodem ſciendum Galeno; Naturam ad generationem membranarum vti, Auicennæ doctrina, contra pſatas aſſer.

C G genituræ viſcoſitate; ex qua quidèm quicquid craſſius, magiſuè terrenum, ac minùs tractile eſt, ad oſſium ipſam generationem delegat: Hypp. lib. de carnibus num. 4. confirmans id ipſum. *Vbì* (inquit) *non inerat glutinoſi, uerùm pinguis, & frigidi, citiùs exuſta ſunt proptèr pinguedinem, atq; hæc oſſa duriſſima, & rigidiſſima ſunt: ubì uerò pingue, & glutinoſum ſimilia ſunt, hæc oſſa antroſa ſunt.* Ecce ex Hyppoc. doctrina, non ſolùm requiritur ſeminis determinata portio ad oſſium, generationem, ſed pro oſſium varietate, varia etiam eiuſdem ſeminis expoſcitur conditio. *Caro* (ibidèm dicebat Hyppoc.) Oſſium, & membranarum materia.

D H *augeſcens à ſpiritu unumquodq; ſimile abit ad ſimile, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, & unumquodq; in propriam regionem abit, iuxtà cognationem, & ad id, à quò genitum eſt; & quæcumq; à denſis genita ſunt, denſa ſunt, quæcumq; ab humidis humida, & reliqua iuxtà eamdem cognationem fiunt in incremento, & oſſa dureſcunt à calore conglutinata:* Oſſa commonefecit Gal. lib. de oſſibus, & primo de ſemine 8. ſunt corpora ſimilaria frigidiſſima, aridiſſima, ex duriori, & craſſiori ſeminis portione, ab oſſifica facultate, producta. Vbì elegantiſſimus Fernelius 7. ſuæ phyſiologiæ cap. 10. videns contrà noſtri Aduerſarij placita, non omnia ſimilaria membra, genita eſſe ex ſanguine, vt calido, & humido; hæc nobis, in genere, reliquit textatum. *Ex puriori, & uegetiori ſeminis* Hypp. notatu digna ſententia. Oſſiũ materia ex Gal.

Fernelii doctrina.

A

minis portione, quæ in uteri medium concedit, loci tempore suscitatur solidarum partiū materia, quæ spiritus, omniumq; uirium, & facultatum, atq; etiam opificis nostri sedes est: hic protinùs quasi discusso tepore exurgit, in actusq; proprios erumpit, ac primum, multo spiritu turgescens, se diffundit, omniaq; permeans partes uarias, quæ sunt in semine (hoc.n simplex non est, & unius modi, quamquàm tale appareat) secernit, calidas à frigidis, tenues à crassis, & terrenis; ut singulæ demùm in propriam naturam redeant, & his partibus effingendis suggerantur, à quibus olim decesserunt. Hęc ibi Fernelius, qui Hyppocraticam, Galenianamq; professus doctrinam, apertissimè demonstrat, nō solùm materiam similarium partium corporis, sed, & temperamentum, ab eadem scaturiens.

B

Conc. cōtra assert. 17.

Quamobrèm minùs est, vt aduersarius scribat. *Sed cum ex sanguine nutriantur, & augeantur, generenturq; omnia membra nostri corporis. Videlicet ossa, nerui, cartilagines, tendones, panniculi, caro, adeps, &c. qui fieri potest, ut diuersi sint temperamenti?* Nàm prætèrquamquòd falsum est, prę fatas omnes corporis partes, genitas esse ex sanguine, vt calido, & humido (quià pręter carnem, & adipem, ex semine sunt productæ) accedit, quod falsum quoq; atq; à veritate alienum, easdem nutriri, & augeri, eodemet vtì calido, & humido similitèr sanguine. Verùm determinatam dictarum partium, prosequentes materiam.

C

Cartilaginum determinata materia.

Cartilago, quæ ex 2. de temper. ossium est imago, genita, & ipsa est, ex semine, à vi propria, gratià custodiæ partium motui destinatarum, post ossa maximè terrestris, frigida, sicca, dura, pōderosa orbata sensu, ac sola siccitate ab ossibus, in quibus maior est siccitas, differens: dictum est, semen, esse materiam cartilaginis, quià ex Hypp. 6. aphoris. 19. cum discissum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genę particula tenuis, vel pręputium, neq; auget, neq; coalescit: argumentum haud imbecille, ex semine, allatas singulas partes, esse conflatas: additum est, cartilaginem, post ossa, esse maximè siccam, tùm quià semen, ex quo gignitur, nō adeò siccum

D

est, vtì semen, ex quo propagantur ossa; tùm quià, Gal. referente 3. de facul. natur. cap. vlt. nutritionis, auctionisq; eiusdem cartilaginis materia, mucosa, & lenta est.

Auicēnas, de mat. nutritionis partiū corporis.

Sed enim quantì materia nutritionis intersit, pro temperiei partium constitutione Auic. prima primi doc. 3. cap. 2. his verbis affirmat. *Omnis membri naturalis complexio, similis est ei, quo nutritur, & secundùm complexionem accidentalem assimilatur ei:* ità vt, si cartilago fuisset genita nutrita, & aucta sanguine, vtì calido, & humido; proculdubio complexio accidentalis fuisset, similis ei, sed hac eadem de re infrà. Post cartilaginem, sunt ligamenta, quorum afferens materiam Galenus primo de semine 10. ità decreuit. *Semen, ex quo genitum*

est

E *eſt ligamentum, lentum extat, & uiſcidum, quod calor extraxit, in generatione oſſis, ut portio ſeminis terreſtris uertatur in os, portio autèm uiſcida, & lenta in ligamentum:* nec quidèm ab re, cum enim genitum hoc à natura ſit, gratiâ cuſtodię coniunctiõnis partium, eiuſmodi eſſe debebat, materia ligamentorum; quę præterea, cum Gal. Auth. 3. de natural. fac. vltimo ex lento, viſcidoq; nutriantur humore, hinc eſt, vt frigida quidèm, & ſicca exiſtant temperatura, ſed media inter cartilaginem, & neruum. Membranæ, inter ſeminales partes, quæ cooperiunt, ac tegunt alias ſibi ſubiectas, velutì, cor, cærebrum, muſculos, &c. ex ſemine ſunt, & ipſæ productæ, enutritæq; & F auctę, vt Gal. affirmat, eodem 3. de natur. facul. *Præterea (inquit) ligamentis, & membranis, & neruis lentus humor, qui in ijs inſperſus uiſitur, circumtenditur, &c.* vt meritò Membranarum, temperies, ex 2. de locis affec. 7. frigida ſanè ſit, & ſicca; verùm pro ſeminis conditione, necnon alimenti, quo generantur, nutriuntur, & augentur. Tendo pars altera ſeminalis, producta gratiâ voluntarij celebrãdi motus, quòd ex ſemine cõſtet, vel indè apparet, quòd proxima eius materia, nerui exiſtunt, & ligamenta, in muſculis diſperſa, rurſuſq; inuicèm coëuntia, vtraq; ex ſemine (vtì diximus) propagata; vnde neruorum, ligamentorumq; iure naturam reportat, G atq; temperiem; De neruorum materia, venarum, item, ac arteriarum (integra ſeminalium partium, vt habeatur ſtructura) indubitatum hoc eſt; ſemen illud eſſe, ex quo huiuſmodi partes, ſunt productæ (ea inquam ſtante lege, qua ſancitum fuit, ab Hypp. ſi diſcindantur, non ampliùs coaleſcant. Verùm animaduerſione occurrit dignum, quòd nerui, qui ex cærebro, ſpinaliq; defluunt medulla, ex ſubſtantia facti ſunt medullari, fibroſa, & membranoſa, gratiâ diſtributionis facultatis animalis: hancq; materiam aſſignans Gal. 3. de anathomic. adminiſtrat. 2. apertè docet, illud, quod originem ducit ab aliquo, ſubſtantiam obtinêre eiuſdem, H cum ſuę origine ſpeciei: quòd autèm fibroſa ſubſtantia, ad neruorum concurrat ſtructuram, idẽ monet Gal. 3. de facul. natural. vlt. quòd accedat, & membranoſa, præſertìm quò ad ſuperficiem, 7. de placitis 3. non ſubticuit idem, qui aſſerens neruorum temperiem, frigidam eſſe, & ſiccam (exangues enim ſunt) ex lenta, frigidãq; generationis materia, ex 2. áphor. 26 dependêre, fatendum. Venæ, quæ à naturâ fabricatæ ſunt gratiâ diſtributionis ſanguinis craſſioris, ex carnoſa, fibroſa, membranoſaq; (vt proxima) ſunt conſtitutæ materia; quæ illud ſibi dedit temperamentum, quale in membrana, carnoſa parte, ac fibra reperitur, frigidum .ſ. & ſiccum, verùm multò minus, quàm in hucvſq; propoſitis; tum ꝑpter concurſum

Ligamentorũ materia.

Membranarũ materia.

Tendonis materia.

Neruorum venarum, & arteriarum mat.

Venarum materia.

Arteriarum materia.

concurſum partis carnoſę; tum ob continuum ſanguinis, per eas A deſluxum; Vndè arteriarum materia eadem propè eſt, verum tēperies diuerſa, ratione calidioris, per eas defluentis ſanguinis. Eſt inquit Gal. 5. Meth. 7. arteria in paſſiuis minus ſicca tendine, magis ſicca neruis, & venis. Generatio vtriſq; eſt, 1. de ſemine (repetit idem) ex ſubſtantia ſeminis in fiſtulæ modum cauata. hæc eſt materia venarum, & arteriarum proxima, remota illa: ſubſtantia .ſ. membranoſa, carnoſa, atq; fibroſa, ex triplici compoſita genere fibrarum, rectis obliquis, & tranſuerſis, quæ ex ſemine per Auicennam etiam ſunt productæ, Fibrarum autem duplex eſt genus, B in corde vnum, in muſculis alterum, ex ſemine vtrumq; conſtructum. Cœterùm muſculorum fibrę ſunt neruorum, & ligamentorum partes Gal. auth. 2. de temperament. 3. vt temperies frigida ſit, & ſicca. materiam inſequens ex qua. Cordis autèm fibroſa ſubſtantia, quædam propria ſpecies eſt, ex ſemine immediatè producta, calidiorem obtinens temperiem, ob caloris, qui indè ſcaturit originem. De glandulis, ne quid inter ſeminales particulas relinquamus intactum. hoc ſcire expedit, exangues eas eſſe, & proindè ſeminales, factas gratiâ cuſtodiæ, venarum, arteriarum, atq; neruorum: quarè frigidum eiſdē ineſſe temperamentum, ex 5. aphoriſ. 64. colligitur, omne .n. exangue frigidum eſt. Verùm glandulę C nō ſolùm ſunt frigidæ, ſed, & humidæ, & ratione materiei, ex qua, & ratione continui defluxus excremētorum humidorum, ad eas. Deq; ſeminalium penè omnium partium materia; temperieiq; à ſanguine, diuerſitate, ſint iſthæc ſatis: quid de ſanguineis dicendum ſit, in ſequenti patebit: & quoniam aliquæ ſunt, quæ ex ſanguine generantur, & ſemine: cuiuſmodi vna in primis cutis, ab hac exordienda noſtræ ſequentis orationis eſt tela.

Fibrarum duplex genus, & materia.

Glandularum materia.

CVTIS Veræ, cuticulæ, ac carnis aſſignata materia, qualis indè effluat temperies, contra Aduerſarij ſententiam, demonſtratur. Cap. V. D

CVM Igitur, cutis nomine, intelligenda ſit, corporis illa pars; quæ ad indumenti inſtàr corpus integit, δέρμις .ſ. & ἐπιδέρμις nuncupata à Græcis; huius eſſentiam, atq; materiam proponens nobis Medicorum ſchola vniuerſa. cutim, dixit eſſe, partem ſimilarem, genitam ex ſubſtantia ſanguinea, & ſeminali, gratiâ cuſtodię partium ſubiectarum. Dictum à nobis eſt, cutim eſſe partem, vel rectius vt dicatur membrum; quiâ viuit; nutritur enim, augetur, & ſentit; per venas nimirùm, neruos, & arterias: additum eſt, ex ſanguinea,

Cutis materia, quę.

E sanguinea, ac seminali substantia, esse productam, quia Gal. auth. 3. Meth. 1. semen perfectè mixtum cum sanguine, illius existit materia. *Si cutis* (dicebat Gal.) *Prorsùs pereat, non amplius reparatur*, vndè colligere licet, semen etiam, prætèr sanguinem, ad cutis cõstitutionem concurrere: quam veritatem confirmans idem Gal. 1. de temperam. vlt. Cutim asseuerauit esse velutì neruum, sanguine præditum: per neruum etenim significauit, portionem seminalem, per sanguine præditum autèm, sanguineam. Cum igitur, verę cutis, semen, & sanguis perfectè mixtus, existat materia, quale illius sit temperamentum; facilè patet. facta namq; (Gal. ibidem

Cutis temperamentum vndè.

F teste) ex carne calida, & humida (ecce portio sanguinea) & substantia neruosa frigida, & sicca (ecce seminalis) nonnisi temperata, ex miscela vtriusq; substantiæ, existere potest: eoq; magis cũ temperato nutriatur sanguine: vndè iure dictum est à Gal. Cutis est temperata, & obtinet mediocritatem temperamẽti, & præsertìm, quę collocata est in interna manu, in vola .s. nuncupata. Sed rationem afferens à nobis innutum 4. de vic. rat. cap. 12. respiciẽs ad temperiem, penès qualitates actiuas, cutim dixit esse frigidiorem carne, respiciens verò 3. Meth. ad passiuas, cutim esse carne sicciorem cõscripsit: vt propterea caro, cum calida, humidaq; ab-

Temperatior hominis pars, quæ.

G solutè sit, cutis verò minùs calida, & minùs humida carne, ea temperata sit. nec quidèm ab re, instrumentum enim cum esset futura tactus, à quocumq; qualitatum excessu, immunis esse debebat. Sed ad cuticulam accedamus. Vsus cum idem sit, materia est omninò diuersa, vnde, & diuersa aliquo modo temperies: Nàm concurrens solus sanguis absq; semine, ad generationem cuticulæ, ex necessitate fit, vt paululũ declinet à tẽperatura cutis. Quòd autèm ex sanguine, vt ex materia, cuticula generetur facilis restauratio illius (si deperdatur) declarat; quemadmodùm,

Cutis, cur temperata.

H & carnis; cuius apportans temperaturam, atq; materiam Apologiæ author; nostræ sunt partes, vt veritatem in singulis indagare tentemus: hanc nostrum, quandò fuerit institutum, in minimis etiam venari. *Caro igitur* (ex Ambrosij Parrei doctrina, magno suo opere de humani corporis anathome libr. 2. cap. 10.) *cum pars sit similaris, ex puriori sanguinis coagmentata portione, sese in statiminum, seu fibrarum interstitia insinuante (quò ea inuestiat, ac uelutì uallum quoddam, & propugnaculum sit, aduersùs caloris, & frigoris iniurias, lapsusq; omnes externos molle, ac uelutì cedens tomentum.)* Non video quomodò cum Apologiæ professore persistendum sit, asseuerante. *Per accidens esse, ubi forma carnis consequatur, ex sanguine (qui calidus est, & humidus) hoc temperamentum, calidum, & humidum.*

Carnis materia ex Parreo.

Affert 23. & eius cõfutatio.

quarè

quarè nùm solida,& firma, peripatetica, & medica tãti nostri aduersarij sit doctrina,videndum. Auicennas,qui inter Arabas omnia sciuit,remouens facillimo negocio, omnem de carnis temperie, inter nos, atq; eruditum virum, controuersiam, hæc habet. A

Auic doctr. cõtraria dictæ assert.

Et dicemus etiam, quòd sunt quædam membra, quorum complexio sanguini est propinqua; non ergo indiget sanguis in eorum nutrimento,multotiès conuerti,sicùt carnis: qua proptèr in ea,neq; foramina facta fuerunt, neq; uentriculi,in quibus aliquanto tempore,nutrimentum, quod ei digeritur immoretur,& deindè caro ex eo nutriatur,imò illicò cum ei nutrimentum occurrit, in ipsam conuertitur. hæc lib.1.fen.p.doc.5. cap. 1. scripsit Arabicę medicinæ princeps; à quo cum habeamus, carnis complexionem esse propinquam sanguini (ipsius generationis,nutritionisq; materiæ) haud ambigendum,per se,non autèm per accidens, carnẽ sanguinis reportâre tẽperamẽtum: de quo differens lib. de morbis mulieb. num.2.diuinus Hyp. apertè visus est,eius naturam cõdonasse naturæ complexionis sanguinis, ità vt pro huius diuersa conditione,diuersa cõditio sit temperamenti carnis,habet enim. B

Hyp.doctr. contraria dictæ asser.

In uiro solidior est caro,quàm in fœmina,proptereaquòd sanguis, ex quo constitutus est uir,robustior est,& calor ualidior, qui sanguinem exiccauit,quarè uir est carne sicciore præditus,&c. iam verò,solidior in viro est caro, quia ex sicciori, & solidiori in eodem fit sanguine: dicendumq; per accidens esse,vt caro reportet temperamentum sanguinis calidũ scilicet,& humidum? reportat caro ex sanguine, per se quálitates secundas,non reportabit primas? Sed clarius hoc idem, cum Hyppo.vt patescat,videamus quam habuerit sententiam, de materia ipsius carnis.inquit igitur Hypp.lib.de carnibus num.10. C

Carnis ma-tia ex Hyp.

Et humidum sanguinem, & minimam aliorum humorum partẽ, carnis esse materiam,vbi noster Gal.lib.de constit. artis med.cap. 7.confirmans id ipsum. Non enim (dicebat) carnis est vnicum elementum,vt V.G.sanguis calidus,& humidus per se (vt volebat aduersarius) sed calidus,& humidus, cum alijs admixtus humoribus,his quidèm minimis,illo verò plurimo ad carnis concurrẽte, productionem. Idem Hypp.lib.de affec. num.38.priorem repetens ferè sententiam. D

Cõfut eiusdem assert. ex Galen. & Hypp.

Ad impurgata scribit, ac putrescentia ulcera, acria faciunt,& mordacia parùm,ad carnem producendam, pinguia, & calida magis conducunt,ab his enim caro pullulat.Cæterùm caro fit (ut dictum est) ex sanguine cocto à calore, & frigore condensato, undè cum humida sit, non habet summum calorem,nec frigus,sed moderatum,tamèn parumpèr superat calor. hucvsq; Hypp. qui clarissimè decernens, ex sanguine pingui calido,atq; cocto,carnẽ ꝑduci,decernit et, quomodò per se ad calidum magis illius tẽperamentum declinet, quàm humidum,

Hypp cõnc. de materia carnis.

E dum,& re vera,cum simile prorsùs tẽperamentum sit carnis,cum illo sanguinis,vt & Gal.cognouit 1.de natural.facul.10.& 3.eorũdẽ cap.15.(vbi passìm decreuit, eas in vniuersum carnis esse conditiones, quales nactus fuerit sanguis) firmitèr decernendum ex necessitat. ,constitutionis temperiei sanguinis; eandem per se reportâre, & carnem pro naturę tamèn animantium diuersitatę, quæ alium,atq; alium producit sanguinem: ità vt, quibus hic fuerit calidior,caro quoq; futura sit calidior,quibus humidior,caro etiam humidior, & sic de reliquis; velutì,de pinguedinis ex sanguine generatione,identidèm infrà dicetur. Nunc quià multiplex carnis est in vno,eodemq; corpore species: de qua ꝓmulgata lex, sit audienda,videndum. Ad hęc. Quadruplex cum sit carnis species, rubicunda vna, qualis est musculosa animalium sanguine præditorum; pallida secunda in eisdem, qualis in corde, vesica, vtero,ventriculo,& œsophago spectatur: visceralis tertia,vt propria cuiusq; visceris substantia,quę remanet sublatis venis, & arterijs, atq; tunica,vt in vesica fellis cœrebro,renibus,& liene; & quarta fungosa, ac mollis ad linguæ attinens carnem, atq; præputium. Nulli dubium,quæcumq; dicta sunt,de carnis materia, atq; temperie,ad primam,illius referenda esse, speciem, hoc est musculosam: cuius discrimen à reliquis,quià in materia in primis censetur,hinc fit,vt diuersitas quoq; spectetur temperamenti. Vbì nãq; caro musculosa genita est ex sanguine qualitatum omnium participe,à dominio tamèn calido,& húmido,alię carnis species,ex semine sunt productæ. quò fit,vt caro musculosa, si deperdatur restauretur,aliæ verò carnis species restaurari non possint. *Fibræ(* dicebat in sua Meth. Anathomica nunc typis mandata Illustris Capiuaccius) *primæ speciei carnis, ab alijs aliarum specierum maximè differunt: quià in carne musculosa fibræ procedunt ex sanguine, in alijs uerò speciebus ex determinato semine: quòd si neruea, & ligamentales etiam fibræ in prima carnis reperiantur specie, dum.s. nerui,& ligamenta in fibras degenerant,attamèn alterius hæ, sunt conditionis,à fibris carnosis: hæ siquidèm (ut in cauis apparet implendis uulneribus,aut ulceribus) si amputentur, regenerãtur; uerùm caro illa,cuius carnosæ sunt fibræ, absq; neruosis, ac ligamentalibus persistit fibris*. hincq; mirandum nõ est,si caro illa sit plurimùm imbecillis,ad sensumq; ac motũ inepta; sicutì tũ in alijs vulnerib' licet cõspicere, tũ in amputati nasi restauratione, à Parteo maximoperè illustrata. Sed.n.quicquid de carne,ei' materia atq; tẽperamẽto sit; Ad pinguedinẽ accedam', videamusq; philosophia,ac medicina,duce,qũo clarissimum est,sanguinem esse, pinguedinis cuiusq; materiã,indeq; suum vniuersum reportare tẽperamẽtum.

Carnis tẽperies à quibus varietur.

Carnis species quadruplex.

Caro musculosa cur diuersa ab aliis.

Capiuacii doctrina.

Amputati nasi restauratio per Parteum.

EX Græcorum, Arabum, atq; Latinorum Philosophorum schola, decernitur tùm genericè, tùm specificè, sanguinem, determinatam esse pinguedinis omnis materiam, aduersùs Apologiæ authorem, atq; asseclas. *Cap. VI.*

PARTIVM, Quę veræ sunt partes, ac similares, ex solo productæ semine, & ex semine admixto cum sanguine, atq; ex solo sanguine, absoluto discursu, inuitat Apologię nos doctor, vt eò tandèm conuertamus hũc stylum, quò suum traduxit, & ipse, ad adipis .s. contẽplandam naturam, siuè essentiam, materiam, atq; temperamentum: quorum omnium gratiâ, non ignobilis orta inter nos est, in B philosophia, ac medicina discordia. De materia igitur adipis, dicens vir doctus. *Ex mente Philosophi sanguinem statuis pro materiali causa adipis (quod an sit uerum, uel falsum apud me est ualdè suspectum) sed admittamus pro nunc, nè pertinacitèr contrà unamquamq; assertionem tuam, agere uideamur:* Ne quid nobis, gratìs à tanto aduersario sit condonatum, veritatem spectemus. Adipem ergo esse, quid similare, fatemur (quod.n. parti conuenit, toti accommodatur) sed esse veram partem, vel membrum, vt idem his verbis conscripsit, (Caro adeps, & deniq; cœtera similaria membra) Medicina, in qua strictiùs loquendum est, quàm in scientia demonstratiua, nõ C suadet nobis. Nàm veræ partis, vel membri essentia, cum locata sit in coherentia toti corpori, coniunctioneq; vitæ cum illo: adeps quià vita destitutus est (modò .n. per inediam, alimenti, sanguinisq; penuriam cedit, modoq; in vtile, partibus alijs vertitur alimentum;) pars vera non est: & multò minùs membrum, quià huiusmodi vox, dissimilaribus atq; organicis accommodatur partibus, minimè autem similaribus, quæ particulæ potiùs (vti vidimus) dictitantur. Quamobrèm haud in verè partium censu, adnumerandus est adeps, sed inter excrementitias, non tamèn inutiles (vt in sequenti patebit) Nunc ad grauiora accedat oratio: D Adipem ergo omnem, siuè pinguedinem, vel corpus quodcumq; pingue, vel oleosum fieri (vt obitèr in paradoxo conscripsimus) ex sanguine tanquàm materia, adeò ex philosophi mente, ac rei natura compertum est; vt vel philosophi, indignus esset nomine, qui philosophię principem, hac in re nõ insectatur; vel ἀσόφος, esset censendus: Scribens .n. 2. de partibus animal. 5. *Seuum, & adeps inter se differunt sanguinis ratione; nàm eorum utrumq; est sanguis concoctus per bonitatem enutriendi, consistitq; ex eo, quod in pulpam animalis nõ absumitur:* quis dubitat. ex philosophi mente, an sanguis sit adipis materia? & confirmans, his ipsis verbis paulò infrà ibidèm. Quamobrèm

Prima assertio Authorum Apologiæ.

Verba asser. 17.

Adeps non est verè pars & ratio.

Sanguis est pinguedinis mat. ex Aristotele.

E mobrèm nullum ex ijs, quæ ſanguine curent, vel adipem habet, vel ſeuum, quādoquidem ſanguis deeſt, quis auſus erit in dubium reuocare, an idem ſanguis ſit adipis materia? Sed ad alia. *Sanguis* (habet in eodem capite) *ut dictum iam eſt, ſenſu caret, & ob eam rem, nec adeps, nec ſeuum ſentit, ſunt enim ſanguis concoctus, quod ſi totum corpus tale efficiatur, nullum præterea ſenſum habere poterit. Quibus minùs adhùc contentus philoſophus, inquit paulò infrà. Oleoſa omnia ſterilia ea de cauſa ſunt; quantum enim ex ſanguine, proficiſci, ad genituram, & ſemen genitale debeat, hoc in adipem, aut ſeuum ſumptitatur; ſanguis enim cum concoquitur, ad hæc tranſit, itaq; aut nullum omninò excrementum in ijs ipſis conſiſtit, aut parum.* Arist. ſententiæ cōfirmatio.

F *Hominum* (dicebat 1. de generat. animal. cap. 8.) *nonnulli ubì per habitum corporis bonum, carnulenti, aut pinguiores euaſerint, minùs ſemen emittunt, minuſq; rem uenercam expetunt, ratio autèm eſt, quia materia quæ ſemini gignēdo aptiſſima erat, in adipem uertitur, ſicq; ex ſeminis defectu, uenereæ etiam rei, emanat carentia. Viri* (ſubdidit ibidèm) *mulieresq; pingues, minùs fœcundæ eſſe, quàm non pingues uidentur, quoniam in uegetioribus excrementum concoctum tranſit, in pingue; nàm, & pinguedo excrementum eſt, bonitate ſubſtantiæ ſalubre.* Hæc omnia ſunt Philoſophi, ex cuius mente dicentes nos in paradoxo ex 3. de hiſtoria animal. cap. 16. quòd caro vertitur in pingue quotiès pabuli Eiuſdē ſententię corroboratio. Veneris inopia vndè.

G copia ſuppetit, nimirùm ſanguinis: haud ſuſpectum eſſe debebat Aduerſario, Peripateticā profitenti doctrinam, an ſanguis, ſit adipis materia: Non. n. Poeta Ariſt. erat, nec methaphoricè, aut per ſimilitudinē fuit loquutus. Cœterùm à peripateticorū principe, nō recedentes Auer. in propria cap. illius comm. Auic. Gal. ac integra medicorū ſchola: dicebat Auer. *Quòd autèm adeps ſit excremētum ſanguinis, indicium eſt, quià animal uacans ſanguine, priuatur ipſo, differtq; à pinguedine ſeuum multitudine, & paucitate, iuxtà diuerſas differētias materiales eorum: cōmunicant tamèn in hoc, quòd ſubſtātia cuiuslibet ipſorum, eſt* Euacuatur ſuſpicio Aduerſarii: Reſponſio ad Aduerſ. aſſertionē. Auer. doc. de ping. mat.

H *excrementum ſanguinis cōcocti, &c.* Auic. 2. fen. 1. doc. 3. cap. 3. manifeſtè inquit. *Pinguedinis, & adipis materia, ſanguinis eſt unctuoſitas.* Gal. 1. de tēper. 2. de natur. fac. cap. 3. ac 16. de vſu par. 2. clariſſimè docet, ex ſanguine, vt ex materia, adipē eſſe ꝓductū, & 2. de ſimpl. med. facul. explicatiorem habens ſententiā, pinguedinis cuiuſq; ſpeciē, ex ſanguine, genitā eſſe, affirmat. Fernelius lib. 2. de elemēt. cap. 2. & Ambroſius Parreus inter recentiores elegantiſſimus lib. 2. ſuæ Anathomæs cap. 6. apertiſſimo decernunt ore, ex ſanguinis oleoſa portione, adipē eſſe conflatum. Corpus oleoſum genericè dicebat Gal. 16. de vſu part. 2. ex eadē ſanguinis oleoſa portione, & pingui, effuſa per tenues venas, à naturà generari. Quamobrē à primo ad vltimū, pinguedinis cuiuſq; materia, ex philoſoph. ac medicorum Galeni, & Auicennæ ſententia, de eadem: Fernelii doctrina, & Parrei.

placitis cùm sanguis existat: non nobis id condonandum, sed à A tantis viris (nobis referentibus accipiendum. Verumenimuerò distinctiori studentes doctrinę, speciem vnamquamq; pinguedinis

Diuersæ pinguedinis species.

(ad cuius nomen, accedit ipsamet πιμελὴ, στέαρ, ἀλοιφὴ, λίπος, λιπαρότης, & κνίσσα; pinguedo .s. pingue, vel pinguitudo, adeps, seuum, vel sebum, assungia, sagina, vnguen, vnctio, & huiusmodi) ex determinata sanguinis portione esse productam; hinc

Pinguedo propriè, quę.

depræhendatur. Pinguedo, quæ inter oleosi corporis (quod genus est) species, substantia existit mollior, & aquosior, nullo modo friabilis, & solida; ex Arist. 2. de partib. animal. cap. 5. ex ea fit sanguinis portione, quæ aërea magìs est, tenuior adhùc, & cum B Auicenna, vnctuosior, atq; humidior. ad quam veritatem respiciens 3. de alimentorum facult. Gal. πιμελὴ dicebat ὑγρόν τι χρῆμα ἐστὶ παραπλήσιον ἐλαίῳ διὰ μακρὰν παλαιότητα πεπαχυμένῳ. *Pinguedo .s. unctio quædam est humida similis oleo, ob multam antiquitatem incrassato.*

Locus Arist. emendatus.

Pinguedo, & adeps (sic legendum est in Arist. nō seuum, & adeps, nàm πιμελὴ Græca est vox) *intèr se differunt sanguinis ratione.* lib. & cap. nuper cit. afferebat Philosophus; aliam demonstrare volens, esse sanguinis portionem, idoneam ad pinguedinem, & aliam, opportunam ad adipem. Sus enim eorum, quæ benè nutriuntur (vt Gal. est author 2. de simplic. medic. facult.) C

Pinguedo quibus copiosissima.

πλείστην πιμελὴν ἔχει, διὰ τὴν φυσικὴν, τῆς κράσεως ὑγρότητα. ex quo loco cum colligatur, sanguinem vnctuosiorem, & humidiorem, pinguedinis esse materiam: Accedamus ad adipem: hic

Materia a-

igitur cum durior, & siccior pinguedine fit, & medium quoddam videatur inter pinguedinem, & seuum, eius materia erit siccior, ac durior sanguinis portio, qualis, dicit ibi Galenus terrestriorem naturam habentibus inest. τοῖς γεωδεστέραν ἔχουσιν τὴν ὅλην φύσιν ζῴοις τὸ στέαρ γίνεται. propria dicebat lingua. Seuum, vel

Seuum.

sebum, quod terreum siccum, & non modò concrescens, verùm, D & friabile, statìm atq; refrixit, existit, ex terrena copiosissima sanguinis portione, esse conflatum, Arist. 2. de partib. animal. sic declarat. *Quorum sanguis corpulentior est, hæc seuum potiùs habent, seuum enim terrenum est, undè fit, ut modo fibrosi sanguinis cogatur.* Seuum (dixit in comment. Auerr.) *differt ab adipe, quia ipsum est excrementum, terrestrioris sanguinis, quàm adeps, & ideò est plus terreum.*

Assungiæ.

Assungia, cuius nomine intelligit apud nos, suillus adeps, quemadmodùm Plinius testat lib 28. cap. 9. ex sanguinis ea fit portione, quæ tenuior adhùc, atq; humidior est sanguinea pinguedinis materia, vndè & magìs ipsa pinguedine liquabilis, mollior, tenuior, atq; humidior.

Medullę.

Medulla quæ pinguedinis, vel oleosi corporis species

es

E es est, ex sanguinea fit materia oleosa, adhùc magìs, & magìs aërea, in ossium influente cauernis. Pinguis (scribebat 2 de partib. animal. cap. 6. Philosophus) in pinguibus animalibus, medulla est, atq; assungiæ similis: at quibus sanguis non pinguedini, sed seuo similis, per coctionem euadit, ijs medulla seuo similis est: quamobrèm, vt cornigeris animalibus, nec vtrinq; dentatis, medulla speciem gerit seui, sic vtrinq; dentatis, atq; multifidis pinguedinem refert. Hæc de oleosi cuiusq; corporis, tùm in genere, tùm in specie materia; de tẽperie q̃d decernendum sit, patescet imposterum. Medullæ discrimen.

F *OSTENDITVR caliditatem, efficiens esse principale generationis cuiusq; oleosi corporis, frigiditatem uerò conseruatiuum: ex conuenientiq; at determinata specierum omnium eiusdem, materia, temperies tùm in genere, tùm in specie innotescit; ubi absolutè siccum non esse adipem, contra Aduersarium, definitur.* Cap. VII.

FIRMAM, ac stabilem, de pinguedinis cuiusq; temperie, vt afferre possimus, doctrinam; scrupulus auferendus in primis, de eiusdem efficiente; hoc enim, à quibusdam cum decernatur caliditas, ab alijs frigiditas, quid veritas sentiat, aperire tentandum. Altius ergo
G sumentes exordium, cum natura in partium nostri corporis fabrica, formatrice facultate vtatur, hæcq; duplex sit, principalis vna, vt caliditas, minùs principalis altera, vt frigiditas: haud ambigendum, caliditatem eam esse, quæ vt efficiens principale, pinguedinis cuiusq; in corpore, producendæ concurrit; frigiditatem vèrò, vt minùs principale. Pinguedo .n. vniuersa, cum sanguis sit cõcoctus, ac finis probæ sanguineæ coctionis; nullus philosophãtium erit, qui à frigiditate, coctionem emanâre contendat: *Nàm sanguis* (dicebat Philosophus) *dùm concoquitur, ad hæc transit*: adipẽ Facultas formatrix duplex.
H nimirùm, & seuum. Præterea cum adeps, & oleosum quodcumq; corpus, in partibus calidioribus generetur, veluti in inferiori ventre (quem ἐπιγάστριον dicunt, vbi copiosus est calor, ad ciborum perficiendam coctionem) in hepate adhùc, quod post cor calidissimum est; in renibus, ac corde ipso; q̃ omnium est calidissimum: quis dixerit, à frigiditate, vt ab efficiente, pinguedinem omnem produci? quarè caliditas, minimè autèm frigiditas, pinguedinis censenda in causa: verùm hac lege, quà .s. non excedens est, aut adurens, sed temperata, ac blanda: atq; hanc veritatem cognosces Philosoph 5. problem. 3. Ventrem dicebat exercitatione (à qua calor nimis accenditur) extenuari: vt propterea moderatus calor, quies, & otium pinguedinis existãt in causa, sicutì in gracilibus, Adeps in quib⁹ partibus generetur. Arist. pulchra doctr.

 bus,

bus,ac biliosis,qui otio sese tradunt,& suibus, quietis amicis, facilè licet intueri. id quod animaduertens Gal.2.illo de temperamentis. *Natura calidioribus, dixit, otiosam, & delicatam uitam expertis, temperiem ad humidus conuerti,indeq; adipem fieri, ac pinguedinem*, & ipsemet Arist. 3. de histor. animal. 9. *Quibus uenter calidus est, quiete immotioneq; pinguescunt*,admonuit. Vndè natiuum temperatumq; calorem,pinguedinis productionis, esse in causa, meridiana luce clarius spectatur: & re vera,quod calidum est, à frigido emanare non potest. Suem omnium animalium calidissimum ob inertiam,pinguedinis molem,quàm maximam congerere 10.problem. 23.cum reliquerit textatum philosoph.argumentum hinc colligi potest firmissimum,caliditatem principalem pinguedinis existere causam. Quod igitur spectat ad minùs principalem, certè vt ex Gal.colligitur 2. de temperamentis,existit frigiditas. Dicens.n. *Quicquid in sanguine,pingue,leue,& tenue est in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus seruatur: quumq; id ueniæ extra se trasmiserint, ubi in frigidas particulas incidit (quod genus membranæ sunt) in ijs concrescit*: caliditatem visus est causam principalem agnouisse,minùs autèm principalem, & conseruantem, frigiditatem. Iam verò quî fieri potest; vt tanta in viuente corpore sit frigiditas,quę adipis materiam,alioquìn calidam posit congelare; in calidissimisq; præcitatis partibus, in adipem posit, conuertere? Quarè satius dicendum censerem,cum peripateticorum principe,influentem caliditatem, collectam, compressamq; in proprijs locis,materiam coquerere,densare,firmare, immotam, compactamq; ad coctionis instàr (quæ incrassando procedit, reddere) eamq; ipsam pinguedini omni donare temperiem, & hanc consequentia (vt infrà patebit) quàm dictam à quibusdam frigiditatem: cuius munus,quod sit potiùs genitam conseruare, quàm de nouo producere,ex Galeno 6. de Anathomic. administrat.6. manifestè colligitur. siquidèm, vt nuper innuimus, haud tanta esse potest in membranis,aut neruosis partibus frigiditas, vt potis sit materiam condensando,in adipem conuertere. quarè conseruabitur hæc à frigido, producetur à calido. Quod attinet ad temperiem, porrò nulla alia pinguedinis omnis existit temperies, prætèr eam, quæ in materia reperitur ipsius, quæq; ab efficiente procedit. Vtq; genericè de corpore quocumq; oleoso loquamur in primis. Pingue omne, ex Aristot. 3. de partib. animal. cap. 9. calidum est; calidum enim concoquit, & renes his de causis pingui operiuntur: quod idem repetens 4. de partibus 3. & 2. de generat. animal. 2. vbi dixit. *Quòd pingue, nec terræ, nec aquæ est*,

Efficiens pinguedinis cuiusq;

Frigiditas conseruat pinguedinem.

Frigidi munus in anima.

Pingue omne calidum.

E *est, sed spiritus: ex quo fit, ut per summa aquæ fluitet*; haud dubium, calidam esse pinguedinem. genericè nunc loquimur: Et Galenus nobiscum assentiens, pinguedinem 4. de vsu part. dicebat esse calidam, vt vice olei in flammam mutetur, ac ἐπιπλόου ibidèm edocens vsum, hæc habuit. *Quòd quidem pinguedo res calida sit, cognoscit; & ipse sensus utentium ea, uelùt oleo. Indicat non minus, & hoc, facilis eius in flammam conuersio, tanquàm ad flammæ naturam facilè accedat, nullum etenim frigidum promptè comburitur.* Calida ergo intèr actiuas qualitates erit pinguedo, vel adeps omnis, quatenus corpus quodcumquè oleosum, vel pingue sub eo seruatur:

Prima ratio ostendens pingued. esse calidam.

F calfacit autèm primò quia calida res est (vt philosophicis monstrauimus in Exercitationibus) calfacit secundò, quia viscosa, & crassa existens, penetrabili frigori meatus occludit: hincq; optimam aduersùs frigora esse pinguedinem, vulgare fertur adagio. Pingues enim vel à frigore non offenduntur, vel multò minùs. Sed calidam adhùc esse pinguedinem, non solùm efficiens demonstrat prędictum; sed, & determinata materia, hæc enim cum eadem sit, (Galeno authore 2. de different. febr. 12.) cum materia bilis, ac spermatis, impossibile est, aliam prætèr calidam, pinguedinis cuiusq; esse, temperiem. nùm verò sicca

Quomodò pinguedo calefaciat.

Secũda ratio ostẽdẽs ping. esse calidam.

G sit, iuxtà aduersarij placita, asseuerantia: *Insuper, per te in proprio tuo exemplo, adeps generatur ex sanguine, qui quidèm sanguis est humidus, & adeps est siccus*. reliquum est βραχιλογία differere. Ad Galenum itaq; recurrẽtes, statuimus ex huius sententia primo de element. 6. 11. de simplic. medicament. facult. cap. propr. primo de temperamentis vltimo, & 2. de temperament. 3. & 4. pinguedinem omnem calfactoriam, & humectatoriam habere facultatem: quoniàm verò ad satietatem in exercitationibus philosophicis patescunt hæc omnia: temperiem iam venemur specierum omnium, quas proprio nomine in superiori capite co-

Assert. 20. & eius cõfutatio.

H honestauimus. Assungia ergo, humida magis, ac minus calida est, spetie quacumq; oleosi corporis. nàm in habentibus naturam humidiorem, producitur. Pinguedo propriè dicta, quæ intra carnes residet magis calida, & minus humida assungia est, à calidiori namquè, & minus humido generatur sanguine. Seuum, calidum adhùc magis, & minus pinguedine, & assungia, humidum est; parum etenim aquæ, & terræ multum habens (Aristot. 2. de part. animal. 5. asseuerante) friabile, & siccum quasì est. non inquàm absolutè, sed respectiuè. Seuum enim, cum ex Galeno medicorum Principe 4. de composit. medicamentorum per genera cap. 5. vim habeat emolliendi, quod tale est, siccum

absolutè esse non potest. Cœterùm, de adipe loquentes medici, A
statuêre, quòd, ex eo quia aëreus magìs est, quàm seuum, minusq;
adhùc durus, calidior etiàm magis sit seuo, magis eodẽ humidus,
pinguedine adhùc magis calidus, & eâdẽ minùs humidus: itâ vt,
medius adeps sit in temperatura inter pinguedinem, & seuum; &
sic non absolutè (vt aduersarius sentiebat) siccus: hãc autèm veri-

Refellitur 20. Aduers. assertio.

tatem cognoscens Gal. 3. de aliment. facul. 2. *Vtrumq; quidèm* (di-
xit) *pinguedo s. & adeps oleosum est, humiditate tamèn, ac siccitate inter se
differunt: pinguedo namq; humida quæpiam res est; oleo longa uetustate in-
crassato assimilis, adeps uerò pinguedine multò est siccior, ideoq; si calefactum
ipsum fundas, coit facilè, & concrescit.* Hæc ibi Gal. quem interprætatus B

Hieronymi Capiuaccii doctrina.

Illustris Hieronymus Capiuaccius in sua Meth. Anathomica, di-
cere solebat. *Notent iuuenes, qui decipiuntur circa adipis temperiem, quòd
pinguedo, & adeps in hoc conueniunt, ut tanquàm ab alteratrice principali-
tèr producantur à calido, & humido, tanquàm ab agente; secundariò ab agẽte
frigido: differentiam tamèn esse inter pinguedinem, & adipem, quià pinguedo
est minùs dura, est minùs crassa, celeriùs liquatur, nec ità facilè concrescit;
contra uerò adeps, qui quatenùs fit ab agente magìs calido, quàm pinguedo;
(ut propterea circa pericardium non sit pinguedo, sed adeps) est magìs du-
rus, est magìs crassus, difficiliùs liquatur, faciliusq; concrescit: & licet Gal. 3.
de facult. aliment. scripserit adipem esse sicciorem pinguedine, aduertendum C
per eam dictionem, sibi uoluisse magìs compactum, magìs concretum, quia
adeps, & pinguedo sunt corpora humida:* hucvsq; doctissimus Capiuac-
cius, qui agnoscens non absolutè siccũm adipem esse, sed magìs
cõpactum, atq; concretum pinguedine, calidum, & humidum de-

Positio aduersarii verissima.

cernit existere corpus. *Si quis igitur nunc inferat* (vt inquit aduersa-
rius) *quæ comparatiuè talia dicuntur; simplicitèr esse talia; non ne prorsùs
omnis philosophiæ esset ignarus?* ità profectò quisquis fuerit, sanciuit
Apologiæ author, qui tamèn nõ aduertens Gal. comparatiuè sta-
tuisse, adipem esse siccum, absolutè hunc talem esse, decreuit; & cõ- D
sulens, recurrendum esse, in medicamentorum decernenda tem-
perie, ad authores probatissimos; haud animaduertit, Gal. 11. de
simpl. sempiternę literarum commendasse memorię, pinguedinẽ
omnem, vim habere, excalfactoriam, & humectatoriam: nec mi-
nùs animaduertens, quæ 3. de histor. animal. cap. 9. cõscripsit phi-
losophus, adipem esse absolutè siccum prędixit: habet autem Phi-
losophus, assignans rationem, ob quam oues renib' vndiq; pingui
obductis intereant, solis vel maximè ouibus id accidere, quòd ijs,

Pingue ex Arist. humidum.

quæ adipe pinguescere solent, pingue humidum est. Ambrosius
Parreus magno suo comment. de humani corporis anathome.
Adeps (inquit) *temperiei mediæ est inter calorem, & frigus, quod est inter*

4 *seuum*

B. *seuum, & pinguedinem: siquidem hæc ad calidum accedit, illud uerò ratione siccitatis uergit ad frigidum. De cætero humida temperies in adipe dominatur, cuius usus est, ut partes humectet, quæ longa inedia, uehementi exercitio, & calore immodico arescere possunt.* Atq; hi authores sunt probatissimi, adipis afferentes temperiem: & quamquàm Galenus 7. de compos. medic. per genera cap. 1. siccum esse conscripserit adipē; sciendum nō genericè, sed specificè, præceptorem fuisse loquutum: habet enim: *adeps animalium magis siccorum uehementèr, & euidentèr siccat*: vbi interpretes, explanantes Gal. mentem decreuêre, siccare adipem non per siccitatem, sed per caliditatem, quæ dige-
F rit, ac tenuitatem substantiæ, quæ in siccioribus spectatur animalibus. De medulla hoc scire expedit, calidam, & humidam, eam quoq; esse, emolliendi, calefaciendiq; per Dioscor. vim habere, magis tamen, vel minus iuxta animantis temperiem; Nunc ad alia conuolet oratio.

Adeps quō exiccet.

Medullæ vires, quæ.

R E P R O B A T V R *sententia assertionis aduersariorum, asserentium ex sanguine uti calido, & humido, nutritionem, & auctione partium corporis proficisci.* Cap. VIII.

G QVID, nostri medicinæ principes, Hyppoc. Galenus, Auic. de materiali partium corporis causa, efficiente, ac forma, in physiologia persentiant, iam explicatum habemus; quam ijdem de nutritionis, auctionisq; materia habuerint doctrinam, inuitat Apologiæ Author, vt inquiramus. Scribens igitur: *Sanguis noster, non ne calidus, & humidus est per te? hoc profectò non negabis: Non ne ex sanguine nutrimur, & augemur, neq; hoc quisquam inficiabitur: qui igitur fieri potest, ut corporis nostri partes, diuersum à sanguine sortitæ sint temperamentum, cum tamen ex sanguine, ut calido, & humido nutriantur, & augeantur; &c.*
H Paucis decernendum, an Physiologia admittat, ex sanguine vtì calido, & humido, humani corporis partes, enutriri, & augeri. Ad hæc philosophicè, ac medicè progredientes. Cum, ex quibus constamus, & sumus, ex eisdem nutriamur, & augeamur; haud patet, quomodò ex solo sanguine, vtì calido, & humido, nutritio fiat, & auctio, quare dicamus nos satiùs, quòd humanum corpus, cum sanguinem pituitam, & bilem geminam flauam, & atram contineat, hæc illi (vt Hyppocrat. dicebat) natura sunt, & propter hæc ægrotat, & sanum est: vt propterea non ex solo sanguine fiat nutritio, sed omnibus inuicem confusis humoribus; *Primum* (inquit Hyppocrat. libr. de natura humana tex. 9.) *manifestum est, hominem in se ipso, hæc omnia semper habere*, (hoc

Assert. 16. & 17.

Propositio fundamētalis.

Hyppocr. doctr. aduersa asser. authorū.

(hoc est quatuor humores) *donec uixerit: deindè nata sunt ex homine hæc omnia habente, postea nutrita sunt in homine hæc omnia habente, quæ uidelicet nunc dico, & demonstro*, ex quo contextu, cum clarissimè colligatur, humanum corpus esse genitum, nutritum, & auctum; ex quatuor, in substantia diuersis humoribus; colligatur etiam; non ex solo sanguine, vt calido, & humido, nutritionem, auctionemq; partium eiusdem proficisci. Atq; huic veritati intentus Galenus 2. de elementis 20. *Cuilibet* (decernit) *manifestum esse, ex sanguine matris animalium sanguineorum partes omnes genitas esse; & quoniam sanguis bifariam dicitur; & is quem in sanguinis missione, & uulneribus euacuari uidemus, & purus ille, & integer alijs humoribus non confusus; ex sanguine priori dicto, conformari fœtum, uerum est, ex altero sanguine non item: numquam enim solus ille in prægnantibus inest, sed ille semper, qui utriusq; bilis, & pituitæ particeps est.* Cum igitur, ex sanguine, humorum omnium participe generatio, sanguinearum partium fiat; ex eodem nutritionem, auctionemq; fieri, asseuerandum. *Mihi quidem* (subdidit eo loci Gal.) *uidetur hoc longè magis naturæ sit consentaneum, & quod statim ab initio, ex propria, & familiari substantia formatus sit conceptus, & consimiliter in sequenti tempore omni, alimentum, atq; augumentum pars unaquæq; ex materia familiari, & propria susceperit, & non ex una, & eadem consimili, & uniformi.* Si ergo (dicebat Sebastianus Papparella commentator lib. de natura humana) animal quodlibet, ex quatuor perpetuò humoribus conformatum, coagmentatumq; existit, vicissimq; quatuor hi in substãtia diuersi humores, vniuscuiusq; productioni insunt; ex necessitate, quatuor hos humores ad nutritionem, auctionemq; concurrere, restat asseuerandum. Quodq; mirum Apologiæ authori, forsan videbitur, adnotatione hic dignum occurrit, quòd sanguineæ partes nutriuntur, augenturq; ex sanguine, humorum omnium participe, & seminales ex semine: *Porrò* (scripsit 1. de semine 16. Gal.) *solidarum partium nutritionem ex semine, carnosarum uerò ex sanguine fieri, hac ratione probatur. Vnumquodq; ea substantia, qua primùm genitum est, ali etiam perpetuò consueuit: quippè cum nutritio, nil aliud sit, quàm continuò effluentis substantiæ redintegratio: quarè cum omne, quod genitum est, ex substantia seminali, aut sanguinea, genitum sit, & ex semine, & ex sanguine, redintegrationem substantiæ fieri, reliquum erit:* quam eamdem sententiam repetens priùs cap. 12. Propterea (inquit) *Omne id quod alterat, in sui naturam, illud quod alteratur trasmutat; proindè crassum, lentumq; semen, ad alendum arteriæ, & uenæ corpus est accomodatum:* ex qua authoritate cum satis per se patescat, aliam esse materiam nutritionis, auctionisq; partium seminalium,

Margin notes: A; Gal. doctr. aduersa asser. præfat.; B; Confirmatio eiusdem doctrinæ.; C; Sanguinearum, & seminalium partiũ nutritio vndè.; D; Semen quõ aptum ad nutritioné.

E minalium, & aliam ſanguinearum; dicamus nimis largam Apologiæ profeſſoris fuiſſe doctrinam, decernentem, ex ſanguine, vti calido, & humido, neruorum, cartilaginum, oſſium, membranarum, & aliarum ſimilarium omnium partium nutritionem, & auctionem, abſolui. Quòd ſi Ariſt. 1. de partibus animal. 3. videatur aſſerere, venas vltimi alimenti eſſe conceptacula, & propterea ſanguinem eſſe vltimum alimentum; ità vt peripatetica Aduerſarij, hinc extet doctrina; vel vt Galenus primo de aliment. facult. volebat, quià omne nutriens eſt dulce, & ſanguis eſt huiuſmodi, ſolus ſanguis nutriendarum partium extiterit materia. — Ariſt. doct. interpræt.

F Reſpondemus cum Ioanne Cratone, libro iſagogico ad artem medicam, necnon eodemet Galeno 2. de element. 1. quod ſanguinis appellatio dupliciter ſumitur, vt nuper etiam adnotauimus, aut pro tota maſſa ſanguinea, generata ſimul, & ſemel ab eodem calore, ſcilicet naturali in hepate, atquè traſmiſſa in venas, & de hoc intelligimus medicos, cum affirmant ſolo ſanguine nutriri corpus, aut pro humore ſingulare diſtincto, à reliquis tribus, qui etſi in venis, & hepate, non exquiſitus, & ab alijs humoribus, ſubſtantia ſeparatus, reperiatur; tamen diſtinguendus eſt, à reliquis humoribus, vt Galenus 8. de decretis Hyppocr. & Platon. commonefecit. — Sanguis duobus modis cõſideratur.

G Hac igit. ſtante diſtinctione, aſſerimus Ariſt. ſanguinis nomine, totam maſſam intellexiſſe ſanguineam, minus autem humorem ſeiunctum, à reliquis. Quò ad Galenum ſentit quidèm hic medicinę coriphęus, omne nutriens eſſe dulce, ex eoq; ſuppeditari alimentum, ſed non puro, atq; ſincero, vndè factum eſt, vt docuerit nos Auic. *Quod à dulcedine non abeſt, longiſſimè nutrire poſſe*. Qua proptèr dicamus, pro concluſione dictorum omnium, ex ſanguine carnoſarum partium abſolui nutritionem; ex ſanguine pituitoſo, cœrebri, aliarumq; frigidarum, & humidarum partium; — Omne nutriens, eſſe dulce.

H ex bilioſo earum, quæ ſibi ſimilem nactę fuerint temperiem; ex melancholico tandèm oſſium, & conſimilium: hac tamèn lege, à Galeno promulgata; libr. de alimento, vt (carne excepta, & adipe) ſanguis, pro nutriendis ſolidis partibus, naturam ſeminis induat, ei non diſſimilem, ex qua prędicta fluxerunt, cum ſcilicet id natiui caloris operà efformatrix facultas exiccauerit, indurauerit q; oſſis, vel cartilaginis: vel alterius particulà euadit. Atq; hic verus, Galenianus, Hyppocraticuſq; ſeminalium partium nutritionis cenſendus modus: non autem, qui ab Apologiæ profeſſore adducitur, ſiquidèm Galeno met authore. Cum membra quæ nutriuntur, ex modo alimenti comparent modum ſuæ ſubſtantiæ, profectò ſi vnum eſſet alimentum omnibus ſanguis, — Gal. ſent. de nutritione partium corp.

guis,

Membrorū varietas cui debeatur.

guis, non esset vndè nasceretur, tàm mira varietas membrorum quàm est, quæ in humano corpore inuenitur. Sunt siquidèm multa membra sanguinea, quæ verisimile est, sanguine nutriri, alia exanguia quorum substantia, longè abest, à sanguinis naturâ; propterea nonnulla illorum sunt calida, nonnulla frigida, nonnulla temperata, alia sicca, aut secundùm coniugationem, duo horum habentia, aut contra omninò temperata; atq; hanc veram esse doctrinam, in sequenti patebit. A

SINGVLARVM penè omnium partium corporis assignata temperies; Quomodò ex Hyp., Gal., Auicenna, Arist. alijsq; philosophiæ, at medecinæ principibus ea profluat, à materia generationis, nutritionis, & auctionis ostenditur. Cap. IX. B

VARIAM, Atq; diuersam, pro similarium partium diuersitate, varietateq; earundem esse temperiem; tùm nostra medicina vniuersa cognouit; tùm doctū, non latuit, aduersarium; sed cui isthæc sit danda, paucis pro dictorum conclusione, repetendum. Demonstrata igitur falsitate, assertionis decimæseptimæ, respondentes ad obiectionem, factam in assertione 18. in qua habetur, *Qui fieri potest, ut hæc membra sint diuersi temperamenti, videlicet nonnulla frigida, & humida, ut cærebrum; nonnulla frigida, & sicca, ut ossa, aliqua calida, & humida, ut caro, & sic de reliquis.* Adnotatione dignum occurrit inprimis: ex Galeno primo de temperam. Quòd membrum, quò mollius est, eò est humidius, & quò durius eo siccius in humano corpore; in hoc enim non potest interim, dum viuit tantus esse calor, ut emolliat sicca liquando, neq; tantum frigus, ut induret humida congelando; *Et propterea esse frigidissimam, & humidissimam esse pituitam, calidissimum sanguinem, non tamen perinde humidum, ut pituita: pilum autem siccissimum, ac frigidissimum, minus eo, & frigidum, & siccum esse os; hoc verò minùs siccam cartilaginem, post cartilaginem ligamentum, post hunc tendonem; deinceps membranam, & arteriam, & uenam, ipsa scilicet corpora uasorum: succedere his neruos duros, molles autem neruos, in humiditatis, & siccitatis mediocritate, naturam cutis obtinuisse; nam in altera oppositione, neruus mollis non est, in medio calidi, & frigidi. sed tantùm deficit caloris ei, quantùm sanguinis: ità uerò, & reliqua omnia prius dicta, tanto sunt cute frigidiora, quantò magis exanguia. Esto præterea cum eodem Galeno in calce lib. quòd tunicæ ipsæ maximè sanguineorum uasorum, arteriarum dico, & uenarum,* C D

Assertio 18. eiusq; confutatio.

Gal. verba ex 1. de temperament.

narum,

E *narum, exangues sunt, & frigidæ naturæ, contactu autèm sanguinis calefaciunt, atq; ad medium temperamenti statum ueniunt, sanguis uerò ipse à corde accipit calorem. Quippè id uiscus natura omnium animantis particularum, tùm maximè sanguineum, tùm uerò calidissimum est, proximum illi iecur est: Verùm cor, paulò quàm cutis minus est durum; iecur multò: itaq; etiam humidius, quam cutis cor est, quanto .s. est mollius. Iàm uerò caro cute humidior etiam est, eadem quoq; calidior: spinalis autèm medulla humidior quidèm, sed, & frigidior, & hac rursùs humidius est cærebrum: adhùc autèm ipso magis adeps, cui cócretio contingit, propterea quod membranis adiacet: porrò minùs humida quàm adeps pulmonum caro est, ut quæ neq; ipsa*
F *calfacta liquescat: iàm longè etiam adipe, minùs humida est, tùm lienis, tùm renum caro, omnia tamèn hæc sunt cute humidiora.* Atq; hucvsq; diuinus noster Gal. procesſit, in assignanda, varia partium corporis, temperie; ac vnius præsertim adipis; decernens, nullo pacto, siccum absolutè illum existere, sed humidiorem, cærebro, pulmonum carne, lienis quin etiam, & renum: & propterea quacumq; sublata de adipis temperie difficultate, reuertentes ad obiectionem, commotam in assertione decimaoctaua. Asserimus cum vniuersa Medicorum schola, quòd non vnum, idemq; partium omnium extitit temperamentum (sed quarundam calidum, & humidum,
G aliarũ frigidum, & humidum, aliarum verò siccũ, & sic de alijs.) quià, nullo modo, sanguis, vt calidus, & humidus est eorundem vnum idemquè materiale determinatum, ac constitutum, generationis, nutritionis, auctionisq; principium; quod quidèm, cum semen fuerit statutum, ac sanguis: dicamus iuxtà diuersam vtriusq; naturam, diuersitatem ortam esse temperamentorum; neuè à grauissimorum virorum placitis, nostra recedat sententia, Georgius Bertinus Campanus 4. suæ medicinæ libro, agnoscens hanc ipsam veritatem, apertè conscripsit. *Qualis porrò est singularum partium sub-*
H *stantia, ex semine nata, tale erit alimentum, ex puriori sanguine productum, quod in seminis naturam transit, nàm singulæ partes singulá resarciunt nutriendo substantiam spermaticam, & similem huic, quæ fluore dissipata est; qualis igitur partium substantia extiterit, tale erit alimentum, & quale alimentum, tale semen ex singulis partibus delapsum euadet, tales etiàm sumus, quale euadit semen, ex quo procreamur; Proindè cibi ex quibus humores succrescunt non mediocritèr iuuant semen, quod pro horum qualitate substantia, uel frugaliore usu uariam adipiscatur naturam, & hinc factum est, ut Hyppoc. lib de dieta conscripserit, fœminas, à frigidis cibis, & mollibus exercitys, mares à calidis, & siccis, & ualidioribus esculentis oriri.* ratio autèm est; quià ex frigidis cibarijs (quicquid dicat Aduersarius) sanguis generatur non absimilis, calore concurrente, non admodùm robusto.

Adipis reperita téperies à Galeno.

Responsio ad obiectionem.

Recentioris cuiusdam Medici pulchra doctrina.

Hyppoc. doctrina contra asserti. 20.

busto. ex calidis, & valido calore, sanguis calidus, vndè calidum quoq; semen, ex calido verò semine, fœtus quoq; calidus. Ioannes Diurius Bellouacus lib.2.sui medicinæ scrinij. *A quo inquit semen decidit, in se gerit uim illius, undè primùm decisum est, hac de re colericus, natum gignit colericum, in cæterisq; similitèr, à naturisq; proprijs magìs, quàm à cælo singula hìc in generatione propriam suscipiunt qualitatem, licèt influxu cæli quodamodò disponantur, undè qui à suis differt parentibus monstrum quodamodò est, à proprio enim suorum genere aliquantulùm natura degenerauit.* Ioannes Baptista Montanus, commentatione facta in primam fen libri primi Auicennæ; *Natura conscripsit, habet materiam propriam, & finem, nàm non generatur corpus immediatè ex elementis sed ex humoribus, humores etiàm habent propriam materiam, uidelicet cibum, & sic ex elementis generatur cibus, sed non ex quibuslibet elementis, sed ex certa commixtione, & determinata, sic etiam humores ex certa, & determinata commixtione ciborum, & membra ex certa humorum, & sic omnia fiunt ex certa commixtione, & propria natura; undè reportant temperamentum.* Hyppocrates libro de natura pueri quemadmodùm aliàs fuit pronunciatum à nobis, loquens de materiali principio vitæ nostræ: *Vnumquodq; dixit simile abit ad simile, densum ad densum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, & unumquodq; ad propriam regionem abit, iuxtà cognationem, & id à quo genitum est, & quæcumq; à densis genita sunt, densa sunt, & quæcumq; ab humidis humida, & reliqua iuxtà eandem rationem fiunt in incremento.* Arist. 4. Methaph. tex. 28. & 1. de generat. & corrupt. tex. 30. scriptis mandauit simile à simile fieri, & determinatum à determinato, non à quolibet produci, physicorum 1. asseuerauit. Galeni sententiam non est vt afferamus, quandò in superioribus capitibus, satìs abundè monstratum est, similares omnes corporis particulas, ex determinata, ac propria seminis, gigni portione, à qua proprium, determinatumq; reportant temperamentum; Vndè cur fiat, quòd non vnum idemq; partium omnium corporis extet temperamentum, quià satìs explicatum habemus, ex horum illustrium medicorum doctrina, docente vniuersam aliorum medicorum posteritatem, ab vno materiali principio tantum agnoscendum esse in humano corpore, partium temperamentorum, discrimen. Quomodò non solùm, à materia generationis, sed, & nutritionis, auctionisq; hoc idem proficiscatur, nostrę sunt partes, vt inquiramus. Galenus igitur, à quò numquàm recedere propositum est nobis 3. illo de naturalibus facultatibus vltimo, nostram aliorumq; artis medicæ professorum confirmans sententiam, textatum reliquit. *Membrum unumquodq; nutriri eo succo, cuius trahendi est illi naturalis potentia, nihil*

Ioãnes Diurii doctr. contra assert. 17.

Io: Baptistę Montani doctr. aduersa eidẽ assertioni.

Hypp doc. respondens ad obiect. aduersarii.

Arist. aduersus auth eiusdem assert.

Vniuersale Decretum scholæ Medicorum.

Membrorũ omnium

A B C D

E *nihil.n. trahit proptèr ipsum trahere, sed ut eius, cuius trahendò fit compos fruatur*, & paucis interpositis, *porrò subdit, si retinet, & fruitur gratia eius, quòd ita contingit id facit; contingit autèm, ut quod qualitate conueniés, familiareq; est. sibi faciat simile:* quamobrèm literis etiam commendauit 6. de vsu partium, alimento eodem non omnes ali partes, & 2. aphorism. 16. adnotauit, proprium alimentum habere vnamquamq; corporis partem, & 6. Meth. Med. affirmauit hoc idem; adeo vt, si nutritio, ex determinato fit alimento; non mirùm si determinatum, ac proprium, non autèm vnum, atq; commune humani corporis partium extat temperamentum: cui veritati innixus Auicennas prima fen primi, capite de complexionibus membrorum, apertè textatum nobis reliquit. *Omnem complexionem, siuè temperamentum membri naturale, simile esse eius, quo nutritur, & secundùm suam accidentalem complexionem, assimilari ei, quod ab ipso superfluit.* Sanguinem, dicebat Galenus 8. de decretis esse diuersum, in diuersorum membrorum nutritione; quibus haud contentus, secundùm sanguinem nutrientem, particularum oriri diuersitatem, lib. de consuetudinibus cap. 2. commemorauit. Arist. nõ recedens à medicorum placitis literis commendauit, Fœtum, naturam sanguinis mestrui consequi, quòd alimento, quo vescebatur similis euadit; & quod de toto dicit Philosophus, idẽ quoq; de partib' censemus dicendum, corde. s. carne simplici, iecore, liene, renibus, pinguedine, & adipe; quæ partes omnes id circo calidi sunt temperamenti, quià, tùm à primo suæ generationis: ortu, tùm infrà in nutritione, auctioneq; calida ꝓ generatione, nutritione, auctioneq; constant materia. Quòd idem, de spinali medulla, cœrebro, neruis, arterijs, venis, membrana, tendone, cartilagine, vinculo, & consimilibus proferendum videtur, quę partes omnes frigidæ sunt, quia ex nõ absimili genitę, enutritæ, & auctę sunt materia; vt, & de siccis, cuiusmodi os, cartilago, tendo, vinculum, membrana, neruus motui destinatus, ac pilus, quæ partes sunt siccæ; ac de humidis, sub quarum cẽsu, neruus sensui accomodatus, cor, renes, iecur, lien, cœrebrum spinalis medulla, adeps, & pulmo accedunt. In quibus sanè omnib', diuersum apparet temperamentum, quià diuersa omnium generationis, nutritionis, auctionisq; existit materia; quamobrèm solidarum, cõtinẽtiumq; corporis partium generatio, cum innotescat, atq; tẽperies, nutritioq; earundẽ ex debita, conuenientiq; sibi materia, non lateat; assumpta in physiologia scribendi nos inuitat prouincia, vt de contentis, quorum nomine, humores accedunt; breuem, ac clarum (data ab Apologię Authore occasione) instituamus sermonem.

Marginal notes:
- nutritio vndè fiat.
- F (section letter)
- Auic sent. de varietate tẽperamentorum partium.
- Fœtus consequitur naturam sanguinis mestrui.
- G (section letter)
- Conclusio aduersa assertioni præcedẽti.
- H (section letter)
- Consiliratio.

Humorum

HVMORVM In humano corpore generationis, & auctionis assignatis principijs, quanti alimentorum sit facienda, diuersa facultas, pro generatione, auctioneq; eorundem, decernitur. Cap. X. A

SIMILARIVM, solidarum, ac penè continentium humani corporis partium absoluto, in physiologia discursu; inuitant nunc nos assertiones in ordine 30. 31. 32. 33. 34. & 35. vt videamus, quomodò alimẽta vim habeant producendi humores, hiq; suam sortiãtur essentiam, facultatem, ac formam, ab essentia, facultate, & forma, alimentorum (hepatis vt in propria officina, generationis B eorum concurrente calore:) Quantùm ergo à veritate aliena oratio illa sit, in qua scripserunt aduersarij. *Si quis commedat lactucas, cucurbitas, uel id genus aliorũ frigidorum ciborum: ijsq; utatur per plures dies uniuersa sanguinis massa redditur frigidior, & habitus totius corporis refrigeratur, secundùm prædominium agentis qualitatis quæ reperitur in tali materia, &c.* quousq; asserant in assert. 33. *Et perdurat per aliquod tempus talis alteratio, quæ fit in corpore nostro per contactum, uel potiùs nũcupetur pro nunc impressio accidentalis, & demùm donèc ex cibis generetur chilus, ex hoc quatuor humores, & sua etiam excrementa, &c. Et chilus, & deniquè sanguis, non habet aliam communem formam, quam complexionalem &c.* vel hinc, prætèr ea, quæ à nobis in philosophicis C exercitationibus dicta fuêre innotescit. quod cum humor, ὑγρὸν à Græcis vocatum (cuius nomine intelligitur quicquid fluidum in corpore manet, siuè alimentum præstet, siuè excrementum existat, tàm vtile, quàm inutile) propriam nanciscatur formam, sanguinis videlicet, bilis, pituitæ, ac melancholiæ, ab alimentorum conditione, atq; caloris, ipsius hepatis natura; non video quomodò; ab alimentorum vsu, esuq; tùm vniuersa sanguinea massa non suscipiat alterationem, tùm vnusquisq; humor, suam non reportet D temperaturam: Atq; hanc veritatem animaduertens Arabum princeps 1. fen. 1. cap. de humoribus, apertè docuit. *Quod sanguinis efficiens causa, temperatus est calor; materialis, quod de nutrientibus est temperatum, atq; potibus bonis, non absimile, formalis bona ipsius decoctio, finalisq; ut corpus nutriat*; quemadmodùm, & Gal. prædixit 2. de natural. facult. cap. 8. & 8. de placitis cap. 4. Ità vt cum materialis sanguinis causa, existat temperata alimentorum natura, hanc in sanguinem imprimi, ac remanêre, dicendum: quod idem demõstrans Auicennas de aliorum humorum generatione inquit. *Efficiens causa coleræ rubræ, calor hepatis igneus extat, atq; superfluus: materialis, quod de nutrientibus est subtile, calidum, unctuosum, acutum, & dulce*

Verba asser. 30.

Assert. 33.

Assert. 40.

Humoris nomine quid intelligatur.

Conclusio aduersa assertioni 30.

Auic. doctr. ostendens vires alimẽt. remanere in humoribus.

E *dulce formalis superfluitas decoctionis*: finalis verò, illa quam copiosioribus verbis 1. de humoribus recitauit ipse Gal. efficiens phlegmatis causa, dicebat idem Auic. materialisq; cum sit opposita, attenuata scilicet caliditas, quodq; grossum viscosum, humidum, ac frigidum ex nutrientibus manet; veluti melancholiæ, causę oppositæ causis generationis sanguinis: certè in hanc veniendum sententiam alimentorum vires, in humoribus atq; integra sanguinea massa communicari, & præcipuam alimenta habere, vim, ad huius, aut illius humoris, generationem. Ex alimentis igitur intra corpus assumptis diuersis conflatis partibus, tenuibus, aqueis, F crassis, calidis, frigidis, humidis, siccis, &c. Chilum effici in ventriculo, seu cremorem; qui per pilorum in ieiunum trasmissus, & à venis meraraicis in hepar vectus, vbi Chimi sortitur appellationem, omnes iam norunt; Ex Chimo, diuersarum partium, compote tenuium, crassarumq; (hepatis beneficio) sanguineam totam massam sanguinis pituitæ, ac vtriusq; bilis participem, emanâre, (hac tamèn lege, vt simile producatur à simili) nullus negauit. Si .n. alimenta fuerint temperata sanguis producitur temperatus, si verò intemperata, huius aut illius humoris, qui ab alimentis genitus est, reportans intemperiem: At an alimentorum vires remaneant in sanguine, Chimo, & Chilo, lis orta est inter præclaros G Apologiæ Authores, ac Phauorinum. Quamobrèm, vt paucis discordia vniuersa auferatur; meminisse oportet sententię Hypp. 6. epid. sec. 5. tex. 35. quo in loco, scribens diuinissimus senex, Mulieres, & Capras elaterio nutritas, pueris esse purgationem, Gal. duo summa obseruatione digna in comment. nos docuit. primum est. Elaterij nomine intellexisse Hypp. genus omne medicamenti, etiam subductorium, & lenitiuum: secundum, quòd duo documenta, perbreui hoc oraculo nobis definiuit, quorum alterum, ad vsum attinet medicinę, ad physici dogmatis definitionem alte- H rum. Pro vsu medicinę sanciuit, quòd si medicandi, aut purgandi sunt pueri, per nutrices solùm purgentur; pro physici dogmatis definitione conscripsit, quod quia controuersum inter veteres est, Numquid lac facultates, & vires ciborum retineat; alijs negātibus, quòd in tot permutationibus, & coctionibus nō possint seruari (cuius sententiæ fuit aduersarius in assertionibus 34. & 35. & 40.) alijs verò affirmantibus. Controuersiam hanc dirimens Hyp. medicamentorum alimētorumq; vires, in lacte asseruari cōscripsit: Quòd si in lacte, dicimus nos, multò magis in sanguine, ex quo lac ipsum producitur: vtq; nostra fert sententia, in carne, solidis adhùc partibus, atq; spiritibus. Neuè à Gal. recedamus. *Quidam*

Qūo ex alimentis fiat sanguinea massa.

Quando fiat sanguis temperatus & quandò intemperatus.

Hypp. doctrina cōtra assert. pręfatas.

Controuersia apud antiquos.

Hyp. doct. contra assert. 35.

Gal. doctr. aduersa asser. omnib⁹ 31. 33. 34.

(inquit hic nr̃ medicinæ parens) *nullá uim, ex ijs, quæ ab initio, in alimentis erant, post coctionem, & in sanguinem conuersionem remanere contendunt; alij uerò contrario, ualidas uires diutiùs remanere uolunt, adeò ut sudores etiam ipsas redoleant. huic uerò sententiæ, quæ modò dicta fuere suffragantur, in istis enim commessorum qualitas reperitur. Quin, & apud nos uerno tempore quandò capræ scammoniæ germina, depastæ fuerunt, purgatorium ipsæ lac generant, quòd si titimallo uescantur, idem accidit, necnon, & in Doride, & Bœotia, & Thessalia, omnibusq; finitimis locis, multi ex Coturnicum esu, musculorum distensionibus correpti sunt, quoniam ueretrum. s. illa comedunt: illud idem, & Athenis accidere nouimus, qui coturnicibus largitèr nimis sese impleuerunt:* atq; hucusq; Galenus, ex cuius doctrina cum omnis de alimentorum vi, actioneq; in humanum corpus fuerit sublata; de generatione humorum, vera explanata sententia, ad auctionem accedamus. Ad hæc Gal. 1. de humoribus. *Adaugetur* (inquit) *in alio, atq; alio, alius humor, alia, atq; alia re, nimirum temperie, anni parte, regione, ætate, uictus ratione, quemadmodùm in omnibus, omnes statis periodis, ac temporibus, & generantur, & incrementum habent:* hæc ibi Gal. qui causas afferens incrementi humoris cuiusq; has quinq; apportat, quæ si notis quibusdam compræhendantur, propriæ cuiusq; humoris efficiuntur. Vndè temperamentum simplicitèr causa extat omnium humorum, si enim contrahatur ad calidum, & siccum, causa incrementi est bilis, si ad frigidum, & humidum pituitæ, si ad frigidum, & siccum melancholię, si ad calidum, & humidum sanguinis: quo eodem modo, considerata anni pars, regio, ætas, ac victus ratio, eius humoris fit incrementum, cuius temperies vni, vel alteri accomodatur: quod ipsum confirmans Gal. *Pedestrium* (dicebat) *& uolatilium carnes, & oua, & quæ facilia concoctu sunt omnia, & quæ bonum succum gignunt, sanguinem humorem accumulant, nisi quædam naturæ proprietas, in prauam aliquam qualitatem mutet ea, cum fuerint assumpta:* atq; huiusce Galeni doctrinæ afferens rationem Archangelus Piccolomineus Ferrariensis, hęc nobis reliquit textatum. Vna eâdemq; operâ potest doceri, tùm quia temperata sunt, quemadmodùm, & sanguis temperatus est, tùm quia pauci excrementi, & plurimum aliměti in se habent, tùm deniq; quià nihil negotij coquenti ventriculo facessunt, cum tota substantia sua, talia sint, quæ benè possint coqui, & in bonum sanguinem mutari. Quarè de humorum generatione, auctioneq; ex determinata victus ratione, quid dicendum sit, quià satis superq; patet; concludamus cum Hyppoc. lib. de alimento. n. 2. Alimentorum facultates peruenire, non solùm ad partes liquidas, seu humores, sed solidas, ossa. s. venam, neruum, arteriam, carnem, pinguedinem

De augum. humorum ex Gal doc.

Aliment. diuersitas quid faciat in corpore.

Conclusio aduersa assertionib⁹ 38 39.

E guedinem,&c.quæ omnes partes,licèt suas habeant qualitates, à propria dependentes forma (non de nouo acquisita, quia à primordijs generationis, hæc sibi conceditur) attamèn,mirumimmodum immutantur,alteranturq; ex diuersa victus ratione: neuè nostram,quis putet hanc esse sententiam,audiatur Gal. 4.de morbis n.10. *Postquàm homo comedit, aut bibit aliquid,quod sanguineum sit, trahit totum corpus in se ipsum,& cor sanguineum ad se ipsum, trahit enim similis humor similem, &c.* in qua tractione, quam trahens particula recipiat alterationem,quia ex dictis sat patet, quomodò in vegetabilibus,sensibilibus,ac rationalibus vis inferatur alimentorum, F post corruptam eorum formam, ac postquàm versa fuerint alimenta in substantiam nutriti, sequens distinctioris doctrinæ gratia, disquiret oratio. Contra assert. 41.

COMPLVRIBVS rationibus ex rei natura depromptis, & grauissimorum hominum placitis,ostenditur alimentorum uires imprimi in alito post eorum corruptionem, ac postquam alimenta fuerint mutata in substantiam nutriti. Cap. XI.

G ALIMENTORVM vires, ac facultates, imprimi in nobis, donec rediguntur ad minima, à calore nostro & non post ipsorum corruptam formam, non solùm in assertione 34.35.& infrà vsq; ad 38.absq; vlla ratione,ac authoritate scripsit Author Apologię, sed quomodò nostrum corpus alteretur,non subticuit; siquidèm. *Et perdurat (dixit) talis alteratio antequam fiat ultimum instans assimilationis, quæ alteratio fit in corpore nostro per contactum, uel potiùs nuncupetur pro nunc impressio accidentalis,&c.* Cœterùm quàm Galeniana hæc sit doctrina Gal.1. de tuenda, cap. 9.his verbis nos docuit. *In primis de nutrice ipsa, non minimam habendam esse curam censeo quid edat, quid* H *bibat,quo pacto in somno,uenere,exercitatione se habeat,ut .s. lac eius ægregiè sit temperatum, quale certè erit si sanguis eius optimus sit: porrò is talis erit,qui nec flaua abundet bile, nec atra, nec pituitosus est, nec serosus, nec aquoso liquore permixtus,nascitur autèm eiusmodi sanguis, ab exercitatione moderata,& cibis tùm boni succi,tùm uisto tempore,modoq; assumptis;præterea potione tempestiua, modiceq; sumpta.* Asser. 33.

Gignit, & humores, melius uinum meliores,
Si fuerit nigrum, corpus reddit tibi pigrum.

Salernitana conscripsit schola,à qua neq; ipse recedens Gal.lib.de succorum bonitate,ac vitio cap. 5.plurimi,commonefecit nos,facere,ad sanguinis moderatæ cõsistentię generationem, cibos qui neq; crassi, neq; glutinosi sint; si igitur alimentorum facultates,&

vires non remanerent in ſanguine, ex hoc verò in lacte; ad quid, A ſollicitus eſſe debebat Gal & Auic. ante hos Plato, poſt omnes Salernitana medicorum ſchola, in commonefaciendis nutricibus, vt abſtineant à prauis vitioſiſq; cibarijs? vtq; Platoni arriſit, 2. de Repub. libro, à vino? Gal. idem, confirmans hanc noſtram, aliorumq; omnium medicinę principum ſententiam, libr. de conſuetudinibus cap. 2. hæc literis commendauit. *Sicuti unumquodq; eorum, quæ comeduntur, & bibuntur, ſecundùm aliquam qualitatem alteratur, ita, & ipſum quodam modo afficit id, quod alterat, licet autẽ huic rei euidens capere argumentum, ex humorum ab unoquoq; cibario genitorum differẽtia; nàm alia quidèm melancholicum gignunt ſanguinem, alia pituitoſum, uel qui pallidam, flauamq; nominatam bilem non paucam habeat, ſicutì nonnulla purum ſanguinem; differentiam ergo aliquam particulis, quæ nutriuntur inter ſe neceſſe eſt fieri, ſecundùm nutrientis ſanguinis ideam:* hæc ibi Gal. à quo duo ſpectantur, primum quomodò alimentorum vires remaneant in ſanguine (quandò melanchollica alimenta, melãchollicum ſanguinem gignant, & ſic de reliquis:) ſecundum, cur diuerſæ noſtri corporis partes, diuerſum ſint ſortitæ temperamẽtum; ſed ſecundo omiſſo, confirmans primum Gal. victus rationem, præcipuè conducere, ad huius, aut illius humoris, pro excitanda febre, generationem 2. de feb. differ. cap. 1. narrauit. Quoniam ergo non ſolùm alteratur id, quod nutrit, ab eo quod nutritur, ſed, & ipſum aliquo modo, exigua quadã alteratione alterat, neceſſum eſt exiguam hanc alterationem, tractu temporis notabilẽ fieri, ità vt, ad æqualem vim, cum familiaritate naturali veniat ea, quæ ex diuturnis conſuetudinibus fit; quid quod? alitum corpus ab alimento etiàm multùm immutetur, ſicutì textatus eſt idẽ 3. de ſymptomatum cauſis. Sed adhùc clarius, aliment. facult. & vires in carne remanere, nè dùm in ſanguine, ex eodem Gal. 11. de ſimpl. medicament. facult. cap. de viperæ carne, apertè colligitur; edocens enim, quo in loco captandæ ſint viperę pro trochiſcis cõficiendis; *Cauendum autèm* (inquit) *ne in locis mari proximis, ſanguinoſiſuè uenemur uiperas, ſeu ad eſum, ſeu ad Theriaces anthidothi præparationem, cum ueriſimile ſit, earum quæ in id locis genus capiuntur carnes, ſalſas exiſtere, ſiquidèm cum cibis etiam animalium mutantur carnes.* Verumenimuerò ordinatam, rerum omnium, quæ alimoniam captant, vt faciamus doctrinam, totius capitis tractatio, hunc digeretur in modum. Quòd igitur alimentorum vires remaneant in vegetabilibus, ſenſibilibus, ac rationabilibus; quantum nobis licuit varia antiquorum lectione obſeruare, inde pateſcit. quòd, de vegetabilibus loquens Virgilius.

Gal. doct. aduerſa aſſert. 34. 35 & infra.

B

C

Confirmatio eiuſdẽ ſententię.

D

Quõ alimẽtorum vires imprimantur in alito.

Salſa

E *Salsa autèm tellus, & quæ perbibetur amara*
Frugibus infælix, ea nec mansuescit arando,
Nec baccho genus, aut pomis sua nomina seruat,

Virgilii sẽtẽtia cõtra assert. prę.

in georgicis cõscripsit, argumentum quod quidèm firmissimum, non leuis animaduersionis esse (quò bacchus, seu vinum sua genera seruet, quouè poma nomina retineant, sibi à proprietate donatà) alimentum, ex quo vegetabilia accrescant, ac nutriantur. hanc veritatem conijciens Theophrastus, nascẽs asserit, elaterius intèr vites, vinum vsq; adeo prouocans vrinas reddit, vt omnes, qui bibant, graciles admodùm ventre efficiantur. Ioannes Baptista Porta Neapolitanus 2. suæ phytognomonicæ lib. cap. 6. *Mira* (recẽset) *uitium natura, saporem alienum in se trahendi, qualem, & salium redolent Patauinorum in palustribus uindemiæ. Vnde Columella stercus uitibus ingerendum prohibet, quod uini saporem corrumpat. experientia namq; comprobatum est, Mandragoram uitibus adnatam, somniferum prouocare uinum, mercurialem herbam, suo sapore uinum inficere, lupinum identidem, amarulentum reddere uinum:* Dioscorides Rutam, monet, comedentes in Macedonia circa Halicmon amnem, emori, cum locus is mõtuosus sit, ac viperis scateat: hoc idẽ animaduertere licet clariori experimento in plantis, quæ super alias innascuntur, neq; in fungis, qui super chalibem, rubiginosumq; ferrum, vel marcidum quidpiã innascunt̃ delitescit. quamobrèm iure meritò asseruit Theophrastus, quod mutatis alimentis, arborum omnium genera permutantur: iàm .n. ni alimentorum vires remanerent in alito, atq; hoc vegetabili (in præsentia) frustrà esset tot arborum commutatio, alimentorumq; circa easdem administratio. Suillum namq; stercus granatorum radicibus iniectum, dulcem ex acido eorum efficit succum, pruna purgatoria, ꝑducuntur, si circa radices aqua inspergatur, in qua colocynthis ebullierit priùs; experiẽtiaq; cõprobatum apud me est, Phauorinum Clauarium, parentem mihi amantissimum, propè Illustrissimum, atquè Excellentissimum Iulium Cœsarem Columnam Prænestinorum Principem, vltrà vigesimum quintum annum Medicum Physicum fortunatissimum, modum excogitasse, quo pensilis vua, recensue, mox è vite deprõpta, solutiua efficeret̃, ità vt absq; vllo periculo, vllo incommodo, aluus ad libitum seruaretur lubrica, modus autèm erat huiusmodi, secto per longitudinem palmite, demptaq; interiori medulla, iniecto scammonij puluere, conditoq; vt moris est, subtùs terram, vua solutiuam prçseferebat potentiam, ex qua conijcere licet, alimentum maximoperè facere, ad aliti alterationem. Siquidèm, & Persica planta, quæ ex Perside in AEgyptum est traslata. vbi leta-

Theophr. sent aduersa eisdem assertionibus.

F

Columellę doctr. aduersa eisdẽ.

Dioscoridis doctr. contraria assert. Aduersarii.

G

Theophr. pulchra doctr.

H

Phauorini Clauarii experimẽtum.

De planta Persica.

lis in Perside erat, in AEgipto alimētalis est. *Nam Persica arbor (inquit Gal. 2. de semin. 1.) in AEgyptum trāslata, bonum alimētum nacta, & sui idoneum fructum, cum priùs non esset protulisse conspicitur.* De alijs verò stirpibus, qui de Agricultura scripsērunt, hoc idem nobis reliquêre textatum; sicuti, & de herbis, quę ex alijs, in alia trāsportatæ loca, sæpè minùs, quàm duorum stadiorum interuallo, multis modis alteratę sunt; cuius alterationis causa, nō alia excogitanda, A

Theophrasti positio. prætèr alimenti mutationem: etenim dicebat Theophrastus, cum inijcitur alimentum radicibus, ab his omnis alimēti facultas trāsmittitur, & dispensat, & è radicibus inito principio, protinùs stirpem alterat, & postremò fructus immutat, quale namq; principium, talę quoq; illud sequatur, ꝙ ab ipso principio prodit, necesse est, sed ad sensibilium alitionem iam accedat hic stilus. B

Plinii doct. aduersa asser. aduers. Plinius igitur, idemq; Theophrastus, ex quorum authorum doctrina, quod inquirimus colligitur, memorię commendârunt, Arcades nō medicaminibus vti, sed lacte circa ver medicato, quoniam. s. tunc maximè succis turgescunt herbæ, medenturq; hubera pascuis, bibereq; narrāt vaccinum, quod omni succo sit herbarum, Io: Baptista

Io: Baptistę Portę sent. Porta à nostra, Plinianaq; nō recedens sententia. *Quibuscumq; (inquit) in locis, pecora scammonium, ueratrum, aut mercurialem pascuntur, lac omne uentrem, & stomachum subuertit, quale in iustinis montibus esse à Dioscoride proditum est. pecudum lac allio uescentium, allio caseum olere, serpentesq; balsamo uescentes lætales nō esse AEliani testimonio comprobatur. pecus item purgari silphio, eodē pinguescere, & carnes mirabilem in modum suaues esse meminit Theophrastus, qui mel optimum, ac uenenatum, apes ex herbarum floribus, quibus uescuntur conficere nō subticuit, & quæcumq; animalia taxi Italiæ baccas deuorauerint, alui fluxu tentari, ab eodem didicimus;* C

Doct. Gal. confirmatio contra aduersarios. vt propterea concludendum sit, tùm animantium, tùm plantarum vires ab alimentis pendêre, id ꝙ nrm cum non latêret Gal. hic 1. de tuenda cap. 7. retulit magni interesse alimentum, quo vescuntur animalia, quoniàm ex vitioso pascuo, acreq;, acutum, & austerum reddit lac, naturam herbarum imitatum, quò factum est; vt quædam pascua fuerint dicta ἀγάλακτα idest, inepta ad lactis generationem. D

Medicorum nobile, ac nouum inuentum. Cœterùm sic prorsùs rem sese habere, pulcherrimum illud medicorum declarat inuentum, quo ijs medentur, qui haud facilè medicamenta admittūnt. quarè si quis calculo velit mederi, hircum per hebdomadam lauro saturat, huius. n. sanguis calculo laboranti datus, cum vini ciato prodest, nàm, & laurus calculosis medetur: sic enutritus lentisco hircus, huius sanguis ad hydropicos valet; ad splenis morbos caprinum lac, si edera enutrita sit capra: & ad gulæ saporem, quis ignorat plurimi facere, anseres

enutritas

E enutritas caricibus iecurq; in primis?

Aspice quàm tumeat magno iecur ansere maius
Miratus dices, hoc rogo creuit ubi?

cecinit Martialis; retulitq; Hieronymus Mercurialis, author Illustris ex Athænei sententia, 9. dipnosoph. hac de causa, anseris iecur in mensis apud Romanos fuisse cœlebre: atq; in his, quæ ad gulam faciunt, nostra postquam illapsa fuit oratio. Gallinacei pulli, lacte, & panis micis saturati, quam ori præseferunt suauitatem? Quadrupeda, quę editioribus nascuntur, pascunturq; locis, quantùm (vtì Camertia) grata extant palato? Gallinæ enutritæ coriandro, earum postmodum oua, quam possident facultatem, ac vires? porrò si Dioscoridi credendum lib. 3. cap. 63. cum coriādrum plurimum generet sperma, putandum oua illa ad hanc spermatis pductionem maximoperè factitare; hancq; ob causam, Illustrium quorundam Medicorum iussu, factum est, vt Gallinę in gratiam copiosioris gignendi seminis, hinc sobolis coriandro enutrirent. è cōtra verò, q̄, experiētia cōpertum est, vim habere veneficā animantium carnes, quæ è vermib' alijsq; terræ cōputribus sunt enutritę? Sed ad rem medicam redeamus. Quanta vis insit alimentis, in sensibilium animantium alterandis corporibus, indè poterit depræhendi, quòd ad sanguinem vndequaq; fluentem, conuenientissimus est asininus fimus, cuius cinis cur dysentericis, atquè cœliacis medeatur ex Plinio, vnico patet intuitu. Equi coagulum eisdem opitulari, didicimus ex Dioscoride, qui recentem olfactum equi fimum, illud idem præstare animaduertit; bubulum sanguinem modicè cum aceto sumptum nouimus omnes, nequè ex varia Galeni, & Dioscoridis, latuit vnquam lectione, & Cameli sanguinem frixum, necnon stercus easdem possidêre vires, vnà cum caprarum deustis pilis, sanguine, seuo, atquè medulla. adstringendi potentiam obtinêre ebur, herinacei renes, dysenteriam curare, & suis iecur adstringere, meminit etiam Dioscorides: à quo si petat Aduersarius, cur maior adstringendi vis, dictorum animantium partibus inest, quàm alijs aliorum, putamus responsurum, adstringentium alimentorum causâ, id magis in vna specie animantis, quam in alia prouenire. Asinus enim spinis vescitur teneris, folijs, & perticis salignis, sarmentorum obiecto fasce, paleis ordeo, surfuribusq; ordeaceis, & consimilibus, quibus adstrictoriam inesse facultatem, nemo reuocauit in dubium. quo eorundem alimentorum genere, cum prædicta abutantur animantia, adstringentioriq; aliqua (quemadmodùm Author est Porta Neapolitanus in sua phytognom.) hinc prorsus

Illustris Mercurialis doctr.

Carne quadrupedum Camertium optimę.

Alimentorum vis vt remaneat in alito.

Refellitur assertio pcitata.

F G H

ſus fit,quòd communicata eorum adſtrictoria facultate,ſanguini, hinc carni, & adipi, pilis,vnguibus,dentibus,oſſibus,&c.cur adſtringendi præfatæ partes obtineant potentiam:refert idem Neapolitanus,quòd aquatica animalia,quià aquaticis herbis, atq; ſeminibus victitant,vt lente plantagine,& ſimilibus, igni medentur ſacro,quartanis quin item,inflammationibus,atq; huiuſmodi calidis morbis.vndè anſer,quia herbis rigidis,frigidiſq;, & humidis delectatur, phlegmoni eius adeps ex Gal.& AElyano, medetur. Moſchicapreolus herbis, quia paſcitur odoratis, ſpica nardi, & mirra,ſanguis in eius vmbilicum collectus, moſcus euadit. Scribit Auer. quod ſunt animalia carniuora, quę diuerſificantur, ſecundùm diuerſitatem ciborum, quoniam comedentia carnes tẽperamento calido,& ſicco,talis quoq; eorum corporis extat tẽperies,ſicutì de vulpe adnotauit Gal.qui ſicci eſſe temperamenti admonuit vulpes, quia cuniculos, lepores, gallinas, mures; ſpiritu è cauernis attrahens,eſitant. quò fit vt vulpium oleum humidis noſtri corporis medeatur affectionibus. *Quod ſi uulpes* (inquit noſter idem Gal.) *uuis nutriantur,ſicutì autumno hinc fit, ut palato gratioſiores habeantur*. & id circo venatores,vt 4.de victus ratione in acutis, & 3.de aliment.facul.conſcripſit,apud Græcos tunc ipſas eſitare cõſueuiſſe; non.n.iniucundus ex vuis generatur ſanguis,hincuè caro. quòd autèm iucunditas ſanguis faciat ad iucunditatem carnis, Gal.conſulatur in 3.de aliment.facult.quo in loco textatum reliquit, leporinum ſanguinem tanquàm omnium ſuauisſimum, in magno pretio fuiſſe habitum;nàm carnem talẽ eſſe,qualis ſanguis eſt, ex quo producitur,millies ex eiuſdem placitis,eſt enarratum: vt propterea concludere cum Ambroſio Parreo Regio Chirurgo posſimus,libr.de venenis cap.4. *Neq; tutò, neq; innoxiè comedi poſſe, carnes animalium,quæ uenenatis nutriuntur, repẽtinas etenim mortes emanare ex carnibus animalium,quæ ueneno fuerint paſta adnotauit ibidem.* ergo,alteratur animantium corpus ex alimentis,nõ p paucum temporis ſpatium,non per contactum,non quouſq; fit attractio,retẽtio;appoſitio,asſimilatio,non ante corruptam alimentorum formam,ſed poſtquàm alimenta fuerint conuerſa in ſubſtantiam nutriti,quemadmodùm,ex iam dictis vnuſquiſq; facillimè intuetur.

[Margin notes: Ratio altera contra aduerſarii aſſert. — Auer. doct. aduerſa aſſert. aduer. — Vulpina caro quando ſuauis palato. — Ratio altera contra aduer. aſſer. — Ambroſii Parrei doct. contra aſſert. aduerſ.]

[Margin letters: A, B, C, D]

EX Rei natura, ac grauiſſimorum Authorum placitis, confirmatur humanum corpus maximoperè alterari,atq; immutari,ab eſu, uſuq; alimentorum; quæ quomodò generis cuiuſdam morborum, apud incolas Maris rubri extiterint in cauſa, ex Agatarchidis,relata depræhenditur hiſtoria. *Cap. XII.*

QVOMODO

A E QVOMODO alimẽtorum vires, in vegetabilium, sensibiliumq; communicentur, corporibus; abundè satis monstratum est hactenùs, quamobrèm, an in rationabilibus hoc idem efficiant, institutus doctrinę ordo, vt jam inquiramus, exposcit: à rei igitur non recedẽtęs naturâ, & grauissimorum authorum placitis. Monet ipsa natura, montium habitatores, vniuersamq; rusticorum progeniem, ob assiduũ vsum, & esum, castanearum, raparum, leguminum, alliorum, cœparum, atq; similiũ id genus eduliorum, quę crassa sunt satis, & viscida, ingenij dexteritate nihilum valêre; ꝙ si accidat, B F alimenta eos commutare (longo licèt temporis tractu) & vitam cõmutare, vrbanosq; adipisci mores, est animaduersum; argumẽtum non imbecille, alimentorum vires etiam in hominum alitis remanêre corporibus, siquidèm congrua victus ratio temperiem, prꝑcipuum animę instrumẽtum, commutare est potens, qua postmodùm commutata, & spiritus clariores, lucidioresq; fiunt, sensuum organa depurantur, ac mens deniq; ipsa, vnà cum vniuersa corporis armonia, perficitur, ad animæq; obeunda munia redditur paratior. atq; ad hanc forsàn veritatem, respiciens Moses, vir sanctissimus, ac Israëliticæ gentis ductor, populum sibi à Deo cõ- C G missum, refractarium, cum animaduerteret, petulantioriq; ceruice, æternæ legis iugũ pertinaciùs excutere cognosceret; diuinum sciscitatus oraculũ, illi planè cibos omnes interdixit, qui frigidos, crassos, viscidos, atq; tenaces succos (obstinatorum menti conseruandæ aptissimos) generant: quales.s. omnes in Leuitico sunt, prohibiti, vt sic tãdèm, rebellis populi naturã, ex mutato victu, quodamodò mutatam flexibilem, & ad diuina iussa alacriùs multò capessenda, promptiorem, paratioremq; redderet; quãuis attamèn piè credimus, diuinioris cuiusdam rei isthoc esse misterium; nàm, & in quadragesimali tempore, multa interdicta sunt alimẽtorum D H genera, tanquàm ex horum prohibitione, libidinis vitium refrangatur. Sed.n. diuinis omissis, nemo est, qui non intelligat, apud Chartaginenses, leges fuisse sancitas, pro calidæ regionis naturâ, nè domi mancipium, nè in Ciuitate magistratus, ne in castris miles, degustaret vinum, cuius vìm contemplans Plato lib. de Repub. interdixit ante decimum octauum annum pueris, cõcessit senib⁹, vtpotè cõtraria prꝑditis natura. Vndè Pythagoras, alijq; veterum pleriq; tantì alimẽtorum faciebant delectum, vt alia commendarent discipulis, ꝓhiberent altera; non alia quidem lege, nisi vt cõuenienti victus ratione, eorum animos, quasi in libertatem assertos, suauiorib⁹ bonarum cogitationum, atq; disciplinarum epulis pascerent,

Ratio altera contra sent. assert. dict.

Vires alimentorum in alito.

Mosis prꝑceptum in instituẽda victus ratione.

Cartaginẽsium lex in instituẽdo victu.

Pythagorę studium in victus ratione.

pascerent: quanta igitur alimentorum in nostrum corpus sit vis, quam eidem condonet facultatem, relinquatq; in eodem suæ essentię vestigia, licèt ex dictis plusquàm satìs patescat, ex dicendis adhùc colligatur Gal. 1. de aliment. facult. in initio, tradita distinctione inter alimenta medicamentosa, & alimenta simplicitèr dicta. hęc habet ad verbum. *Cæterùm si hominis quidèm, corpus medij planè temperamenti sit, per alimenta medij temperamenti eo in statu seruabitur, sin autèm frigidius, calidiusue, aut humidius, aut siccius id fuerit, medij temperamenti cibum, & potum perperàm exhibueris. Quippè huiusmodi corpus, quatenùs ab exactè media constitutione recesserit, eatenùs in diuersum statum traducatur oportet, idq; per præsentis intemperantiæ contraria, in eodem gradu adhibita, quarè &c.* Quid ad hæc? sed pergamus in Galeni scriptis; alimenta igitur, carnem maximè permutare ad suam ipsorum naturam 3. de sympt. causis animaduertit idem siquidē res, vel si longè potentior sit, ab illa cum qua versatur, afficitur: Vtq; quam faciant in humanis corporibus alterationem alimēta, cognoscatur ab Aduersario, audiātur, quæ literis mandata sunt ab Illustri Hieronymo Mercuriali, & 1. de morbis puerorū, & 2. suarum variarum lectionum libris, vbì scribēs morbos quosdam nouos, à victus ratione emanasse: ex Plutarchi (qui Agatarchidis historiam adnotauit) testimonio conscripsit. *Maris rubri incolas* (sic Agatarchides refert) *affectionibus nouis, & numquàm auditis esse tentatos, nàm dracunculi quidam parui crura, & bracchia edentes eruperunt, qui si tangebantur statìm emergebāt, atq; musculis infixi, minimè tolerabiles inflammationes pariebant: hoc morbi genus, priùs nemo uidit unquàm, neq; posterius alijs, nisi his solis contigisse, ut alia multa*; Hanc itaq; historiā animaduertens Illust. Mercurialis quærēs an ab aëre, an à regione, an à victu morbi id genus nasceret. *Certū me faciunt* (inquit) *uictū potiùs occasionē simili morbo dedisse; siquidèm illius maris, quidā populi* (dicit Agatarchides) *ob frequentem locustarum esum, non modò breuioris cæteris uitæ sunt, uerùm etiā sæuissimo quodam, nec admodùm dracunculis prædictis dissimili morbo consumpti intereunt. Nec à præfatis multùm differunt locustarum esores, gens quidèm staturæ breuioris, aspectu macilens, ac supra modum nigra, sub æquinoctium uernum, quandò apud ipsos Aphrici, & Zephiri spirant, ex loco quodam incognito, ineffabilis magnarum locustarum multitudo, unà cum illis uentis peruehitur, quæ ab auibus uolandi facultate parùm, at corpore longè differunt, ab hoc animalium genere toto tempore nutriuntur, ijs salitis, atq; alio modo paratis uescentes; uenantur autèm ipsas fumo, ex aere in terram deijcientes. Atq; hi agilitate quidèm, & pedum uelocitate pollere dicuntur; sed cum ualde siccum nutrimentum capiant, ultra quadragesimum annum, minimè uitā producunt, immò uita miseriorem sanè mortem obeunt,*

Gal. pręcepta in victus ratione obseruanda.

Mercurialis pulchra doctrina.

Nouum morbi genus à victus ratione.

A

B

C

D

E *obeunt. siquidèm appropinquante senectute, eorum corporibus alta quædam pediculorum genera innascuntur, figura quidèm caninis muscis similium, sed alioquìn minorum: incipiunt à pectore, & uetre breuiq; uniuersam faciei cutem depascuntur. atq; horum alij primum scabiosorum instàr afficiuntur, deindè se ipsos grauitèr dilacerant, tandemq; morbo consistente, necnon cum bestiolarum exortu, tenuioribus effusis humoribus, intolerabiles cruciatus miseri subire coguntur, sicq; uel ob succos, uel ob alimentum, uel ob aeris prauitatem intereunt.* Atq; ex Agatarchide pendent hæc omnia, ex quibus depromat Apologiæ author, quam facultatem posſideant, ac vim alimenta, in corporib' hominum alterandis, non humorib' dumtaxàt, vel spiritibus, sed, & carnibus, & solidis, nō ante eorum corF ruptam formam, non donèc fiunt attractio, retentio, concoctio, assimilatio, cæteræq; propriè nuncupatæ ab eo dispositiones, vel per contacthm (res prorsùs ridicula) sed post eorum corruptam formam, postquàm inquam alimenta fuerint conuersa, in substantiam aliti, velutì in sequenti capite, repetere non pigebit; difficultas nunc circa subtilissimum illius ingenimm diluenda, quî. s. fieri posſit, vt cum alimentorum conditio sit pati ex Gal. 1. de facul. alimènt. tantam alterationem corpori posſit inferre: nàm inquit ibì Gal. *Alimentum id propriè dicitur, quod medij est temperamenti, nul*G *làq; insigni qualitate præditum, uètrem nec soluit, nec cohibet, stomacho neq; robur, neq; imbecillitatē inducit, sudores, urinàq; non prouocat, neq; coercet, nec aliam quamuis dispositionē calidā, frigidam, aut siccam in animantis corpore ingenerat, sed quale id quod nutritur corpus assumpsit, tale prorsùs cōseruat:* Quò circa (dicet aduersarius) alimenti huiusmodi si manet conditio, non constat quam alterationem, chilo, chimo, sanguini, carni, vniuersoq; corpori, posſit inferre. Ad hanc subtilē, ac doctā obiectionem, dicimus, paucissima esse alimentorum genera, quæ ea sint, qualia depinxit Galenus, ad eorum tamèn propriùs acH cedere naturam, sapore dulcia, pinguia, vel insipida (ἄποια nuncupata à Græcis) ac quæcumq; aciditate, vel acrimonia nil gustum irritant, illa siquidèm temperatis frigidiora, hæc calidiora sunt, & propterea cum manifestè corporis conditionem immutent, medicamentosa dicta à nobis sunt alimenta, quamquàm haud negandum, dari alimentorum genera; quæ accedentia, ad verorum alimentorum conditionem, nostrum corpus non alterent, sed conseruent, vtì alimentis verè vocatis competit, ac decens res est. Nunc quod negotium facessit, decernendum, an in hac alimentorum per nutritionem, restauratione humana alterentur corpora, & quomodò. Ad hęc, Illustris Hieronymus Cardanus, qui Hieronymum alterum anxium vidit, in

Conclusio contra asſert 30. 31. 32. & vlti.

Instantia Aduersarii.

Alimēt. def.

Solutio ad instantiā.

Vera alimēta quę sint.

Hieronymi Cardani doct. aduer. assert. aduer.

in hac sua obiectione, côment. in lib. de aliment. lec. 3. ex Gal. mẽte. 1. de elem. 7. hęc habet. *Duplex cum fiat mutatio in nostro corpore, una secundùm substantiam, quæ duplex est, sensibilem (uelùt sudor, & urina) alia secundùm substantiam insensibilẽ, quæ fit per meatus cutis, alia, uerò in qualitate, necesse est utramq; restituere, quod ergo restituit substantiam, dicitur alimentum, quod qualitatem medicamentum. Verùm quià qualitatem sine substantia, non licet inuenire, substantiam etiam qualitatis expertem difficile, ob id alimenta ferè omnia mutant corpus, & medicamenta pleraq; nutriunt; quæ tamèn magìs mutant, minimè nutriunt, ea propriè, & maximè sunt medicamenta, quæ uicissìm nutriunt, & non mutant, ea appellamus alimenta,* A

Medicamẽta, & alimẽta ex Cardano, quę.

de quibus loquẽs idem Gal. 3. de symptom. causis 2. Quam uerò uim magnam (inquit) *habeat nutrimentum ad carnis mutationem etiam ab Arist. est traditum, ubì meminit regionum, in quibus pecora tã colore, quã cæteris differẽtijs sensibilibus, mutantur, atq; alterantur. Qui uerò* (immediatè subdit) *à nutrimento alterari nutrita inficiantur, eius. n. quod uincitur est nomen, nõ uincentis, hi de mutatione, quæ in animalib⁹ cernitur, quid recti dicant nõ habent, multoq; minus de ea, quæ in stirpibus notatur, sed à rebus, quæ luculẽtèr omnibus apparent, quid dicant incerti, herentesq; redduntur, &c. côueniebat igitur* (concludens ait) *qui aiunt nutrimẽti nomen, eius, quod uincitur, alteraturq; atq; mutatur, dumtaxàt esse, non id modò scisse, ac dixisse, sed etiã de Leuces generatione disserere tentasse.* B

Rationes Cardani cõtra assert. aduersarii.

Quippè aut ipsa nutrita caro, eius morbi causa est, aut ipsum nutrimenti uitium; sed si nutrimentum causa nõ est, (ità. n. uolunt) *necesse est carnem dicãt. Quid ergo patitur hæc, quod nutrimentum sibi in totum non assimilat? fiet. n. eo certè pacto natura uitij causa; at multò satiùs arbitror, erat nutrimẽto causam imputare. Iàm uerò nec propterea, quod nutriri opus sit, ut sibi nutrimentum assimilet, assimilari autẽ, ac mutari nutrimenti sit passio; non potest idcircò quod patitur, uicissim aliquid tametsi minimum, in id, quod facit agere. cum eius sententiæ maximè contrarium in disputatione de his non nos modò ostenderimus, sed etiam ex philosophis ij, qui omniũ naturæ affectuum, ac passionum grauissimi interpretes fuerunt. Apparet. n. oĩa, tametsi multò ijs quibus appropinquant, sint ualẽtiora, aliquid tamẽ ab ipsis sensibile, manifestũq; pati: etsi nõ primò statìm occursu, at certè tẽporis processu. Iã ferrũ acutissimũ, mollissima secanda carne est hebeatum, & durissimus lapis, à guttula lõgo tempore ictus cauitatẽ cõtraxit: Quid uerò in ijs, quæ mixta sunt fiat, omnes norunt. Siue. n. in amphorã aquæ feruẽtis* (ecce aduersantiũ exemplũ) *frigidæ heminã inijcias, quod mixtũ ex ambobus est, nõ solùm quod hemina uincatur, indicabit; sed etiã quod uincẽs patiatur: siuè contra, heminam calidæ immittas in amphorã frigidæ, uincetur quidèm hemina, patietur tamẽ pusillum aliquid, & amphora.* Atq; hucusq; Gal. philosophando processit; è cuius doctrina quid nobis velimus, doctiorum virorum committemus iudicio. C D

E *REFELLITVR solutio, obiectionis Aduersarij, de frigidorum eduliorum usu, refrigerante humanum corpus, per contactum, per paululum temporis, & per impressionem accidentalem: ubi, quam alterationem patiatur idem, post eorundem corruptam formam, declaratur.* *Cap. XIII.*

HVMANVM igitur nostrum corpus, ab alimentorum vsu, tùm ratione, tùm authoritate alterari, fuit monstratum. Cœterùm quomodò huiusmodi fiat alteratio, edocens parùm exercitatos in Hyppocratica doctrina Aduersarius, hæc habet. *Quandò ex usu, esuq; lac-* F *tucæ, cucurbitæ, uel aliorum eduliorum frigidorum, corpus nostrum refrigeratur, uerùm est, sed talis refrigeratio, imprimitur in nobis, antequàm generetur forma substantialis, alicuius nostrarum partium, uidelicet antequàm fiat ultimum instans assimilationis nutrimenti in substantiam nutriti; hoc est dùm fit mixtio, dùm fiunt præuiæ ille dispositiones, actiones, & reactiones, & alterationes, & in tali actione necessum est, nostrum corpus altereri, secundũ prædominantis qualitatis uirtutem: & qualitates postea, quæ reperiuntur, in aliquo nostrorum membrorum, uel totius habitu, sunt de nouo genitæ, ex natura suæ formæ, de nouo introductæ, nec ullo modo possunt esse eædem numero.* Atq; in his Aduersarij tota ad obiectionem, locata manet re- G sponsio; à qua cum fuerit reuocatum nobis in memoriam, Arist. problema; Cur sit, vt ab ingesto cibo, sæpenumerò inhorrescamus. haud ab re sit, illius in primis causam indagare. Arist. igitur, solutionem apportans habet. An quòd cibus frigidiusculus admissus, vincit principio magis, naturalem calorem, quàm vincitur? mehercle sic; ergò primùm refrigerant, quæcumq; alimenta ventriculus comprænhendit, & sua qualitate vniuersum corpus alterant; verùm ea frigiditas parùm durabilis; mòx à calore nostro, qui longè superat euincitur. Durat tamèn ad eorum, quę assumpta H sunt, & caloris huic se opponentis, efficacię proportionem: Nàm qui natura, vel ex accidenti quopiã minùs calidi sunt, & frigidioribus vescuntur, eos frigus à pastu sentire diutiùs, rationi consentaneum est; in alijs mox discutitur; in alijs nullo pacto animaduerti potest, quià ventriculi estuans calor statìm ciborum qualitatem extinguit, & primò contactu iugulat. Atq; hæc problematis videtur solutio, ad quam respiciens Apologiæ Author, præfatam forsàn, de alimentorum alteratione in humanum corpus, habuit sententiam. Verumenimuerò, quoniam non de illa nobis est sermo, sed de ea, quæ remanet post alimentorum corruptam formam, postquàm inquam conuersa fuerint in substantiam nutriti; quid Hypp. sentiat, aperire tentandum: lib. igitur de aliment. decernens

Integra sẽtentia asser. 30. & infra.

Arist. pulcherr. problema discutitur.

cernens Hyppocrat. *Alimentum esse, quod auget, & roborat, & carnem gignit, assimilat, &c.* Subtilissimus Cardanus qui diuini senis interpratatus est mentem, ait. *Assimilat, atq; dissimilat alimentum, iuxtà naturam uniuscuiusq; hominis, & facultatem, quæ est ab initio illius alimenti; quoniàm si alimentum ab initio fuerit calidum, & siccum, & exhibitum fuerit calido, & sicco corpori, assimilabit illud, & maximè temperatum temperato; si autèm alimentum temperatum, exhibeatur intemperato, aut intemperatum ab initio, idest antequàm assumatur & edatur temperato, tunc dissimilabit ipsum sibimet; & in hoc aliquandò est utilitas reducendo intemperatos ad temperiem, aliquandò iactura reducendo temperatos ad intemperiem.* Cardani sunt hæc omnia, quæ diligentèr si cōtemplari velimus, apparebit, tantùm ad verum, hunc accessisse Hieronymum, quantùm ab eodem recessit alter. ecce sentit apertè Cardanus, ex intemperato assumpto alimento, proindè frigido, humido, calido, sicco, secundùm alicuius, ex istis qualitatibus, prędominantem virtutem, vtilitatem quandoquè consequi, aliquandò iacturam: vtilitatem quidèm, si ad temperiem, per intēperatum oppositumq; temperiei alimentum, intemperatum corpus, ad temperiem reducatur: iacturam verò, si temperatum corpus, per intemperatum alimentum ad intemperiem deducatur. Sed quomodocumq; sit, quærimus ab Aduersario huiusmodi iactura, atq; vtilitas, quandò fit, & quomodò fit, quantumq; perdurat? Ad hæc, respondens Apolog. Author, quò ad primum. *Alteratur (inquit) nostrum corpus quandò fit mixtio, & præuiæ illæ fiunt dispositiones, actiones, reactiones, & alterationes, & antequàm generetur forma substantialis alicuius nostrarum partium, & antequàm fiat ultimum instans assimilationis nutrimenti in substantiam nutriti.* En docte vir, conseruatur humani corporis temperies, ex temperato assumpto alimento, donèc fiunt pręuiæ istę dispositiones, an post absolutas coctiones omnes? postquàm .s. factum est, vltimum instans assimilationis nutrimenti in substantiam nutriti? primum, Hyppocraticam adamussìm cum profitearis doctrinam, asserturum te, non putamus; cum re vera, eousq; alimentum verum dicendum non sit, nisi quousq; aptum idoneumq; fuerit, vt vel quod deperditum est, restauretur, vel saltim priusquàm deperdatur, conseruetur; at neq; hoc, neq; illud fieri potest, nisi postquàm alimentum fuerit versum in substantiam aliti, & proindè in vltimo instanti assimilationis; ergo à pari, alteratur humani corporis temperies, ex intemperato alimēto, vsu, esuq; lactucę, cucurbitarum, & consimilium eduliorum, non quousq; præuiæ tuę fiunt dispositiones, attractio, retentio, concoctio, actio, reactio, &c. sed postquàm

Marginal notes: Cardani doctr. solués Aduersarii quęst. — Destructio asser. 30. & infrà. — Verba asser. 30. — Confutatio sent. asser. 31. 32. 33. 34.

Margin letters: A, B, C, D

E postquàm hæc omnia fuerint absoluta, secundùm prædominantis qualitatis virtutem; ac vt paucis res absoluatur, postquàm ex alimento vniuersa fuerit producta sanguinea massa, apta, idoneaq; pro nutritione partium omnium, calidarum, frigidarum, siccarum, & humidarum, iuxtà ea, quę à nobis statuta sunt, dum de materia nutritionis partium nostri corporis, dissereretur abbundè. Quò ad secundum, ad modum scilicet, quo alteratio fiat, vtiq; loquentes de prima illa alteratione, tacta ab Aristotele, dici posset fieri per contactum (sumpta similitudine fornacis ardentis, à qua ignis postea remoueatur) nàm vinum dicit Galenus tertio de temperamentis, quod calidum natura est, arte refrigeratum, eo modo refrigerat, hoc est per contactum, & antequàm vertatur in substantiam nutriti; at postquàm fuerit conuersum, quemadmodùm ampliùs non refrigerat, verùm calefacit, sic eo modo non calefacit, sed quatenùs abijt in substantiam partis nutritę; quatenùs (vt ità dicamus) ex vino factus est sanguis, ex sanguine caro, quod idem non solùm de vino, sed, & ciborum genere, quocumq; asseuerandum, quod statim atq; in substantiam nutriti fuerit conuersum, calefacit, refrigerat, exiccat, aut humectat, assimilat, aut dissimilat, iuxtà similitudinem, vel dissimilitudinem, quam compererit in corpore, in caliditate, frigiditate, siccitate, humiditateq; quo sancitum est ab Illustri, excellentiq; Cardano, modo, Quò ad tertium, ad tempus scilicet, quod perdurat alteratio illa facta, ab vsu, esuq; alimentornm, certè haud paululum temporis durare fatendum, hoc est donèc præuiæ illæ fiunt dispositiones (ea enim alteratio respectu humani corporis partium, ex alimentis facta non atteuditur) verùm quousq; huius, aut illius intemperati alimenti generis, occasio assumendi corpori subministratur, ità quòd, si quis in diuturno persisteret vsu, cucurbitarum, atq; lactucæ, totum refrigeraretur corpus, neq; ab hac remoueretur refrigeratione, nisi eorumdemet remoueretur edendi occasio; quarè non quousq; alimentum in ventriculo coquitur, hanc vel illam in eodem facit ad calidum, frigidũ, & humidũ, siccũq; in humani corporis partib⁹ alterationem; sed postquàm hæ fuerint ab eiusmodi alimento nutritæ; tunc .n. alimentum expiat, conseruat, vel auget; expiat qualitate, vel substãtia; qualitate, quia calefacit, frigefacit, humectat, exiccat, attenuat, vel crassefacit; substantia, quia alimentum in relatione ad alitum, dicitur magìs, vel minùs attenuare. Conseruat verò, quia substantia æquat materiã resolutã, qualitate æquat tẽperaturę, si alimentũ sit temperatũ, & quãtitate æquat virtuti, &c.

Verã alterationem fieri post corruptam formam alimẽt cõtra assert. 31 32.

Duplex modus quo alteratur corpus ab alimentis.

Confutatio assert 33. 34.

De

Asser. 30. & 34. De alteratione, & refrigeratione impressa in nobis, antequàm generetur forma substantialis, alicuius nostrarum partium, profectò quid sibi per hunc orationis typum velit aduersarius nō bellè callemus: nàm præterquamquòd, forma substantialis, partium corporis, aliundè (vt suo loco vidimus) reportat originem; accedit ad hoc, quòd nullus vnquàm extitit nobis sermo, an alimenta agant in formam substantialem, sed accidentrlem, seu complexionalem, sicutì hucvsq; fuit definitum: quamobrèm haud medicam putamus doctrinam, asserere formam substantialem generari ex alimentis, hanc eandem, de nouo in nobis introduci, ex cibo, & potu, vel eandèm receptam esse, per augumentum ex cibo, & potu, velutì tamèn aperto pronunciatum est ore, ab Hyppocraticæ doctrinæ defensore, in assertionibus 38. & 39. cui etiam, in his vt fiat satis: Substantialis partium corporis nostri forma, cum sit proprietas quædam vnius pàrtis, vt puta carnis hepatis, cuius substantialis forma differt à forma aliarum partium, hepar per hanc formam contrahit facultatem significandi; hanc igitur facultatem, quis dixerit emanâre, ex cibo, & potu, vel saltèm per augumentum ex cibo, & potu proficisci? cum alioquìn ex primordijs naturæ, ab ipsa formatrice facultate, sanguificādi facultas cōcessa sit hepati. cuius sanguificandi vis, non ab alimentis immediatè afficitur, sed ab intemperie ab alimentis producta, vt suo loco mōstrauimus, quarè labefactata hepatis natiua complexione, seu temperie, tunc substantialem formam labefactari contingit: valeat igitur huiusmodi Aduersarij doctrina decernens, quòd, *Quādò generatur forma substantialis ultimata ex cibo, & potu, talis materia sub forma substantiali reperta, habet suas qualitates dependentes á tali forma substantiali, de nouo acquisita, & non á priori forma iam corrupta*. qua porrò sententia, quid in nostra medecina turpius, magisq; indignum, cum minimè detur; id conclusionis loco tanquàm ex præmissis scaturiat: immutari, alterariq; ex intemperatis alimentis, ad hanc ipsam, longo temporis tractu, partium nostri corporis tēperiem, ex hac verò substantialem formam offendi, à proprio munere deprauari, imminui, deperdiq; siue ipsius sit hepatis, siuè ventriculi, vel aliarum naturalium partium, siuè adhùc vitalium, atq; animalium, tàm vt vitales, & animales sunt, quàm vt sub naturalibus, horum particibus munerum asseruantur. Cœterùm quomodò temperies hæc immutetur, quoniàm satis superq; patescit ex dictis, ad alia conuertemus sermonem.

Margin notes: Refelluntur præf. asser. à doct. medicorum. — Forma substantialis partiū corporis quid. — Doct. contraria asser. 38. & 39. — Refellitur asser. 41. — Qūo substātialis forma partium corporis deprauetur ab alimētis.

Right margin letters: A, B, C, D

RATIONE

A E *RATIONE, & authoritate decernitur, sanguinem eorum, quæ sunt in corpore esse calidum, temperatum, ac calidissimum; ità ut ob supremam eius caliditatem, haud ab re statutum fuerit in paradoxo, uim habere comburendi. Cap. XIV.*

PLVRA equidèm sunt, quæ (nacta ab Apologiæ Authore occasione) non leuem in φυσιολογίᾳ exposcerent disceptationem. At quià grauioribus intẽtus est animus, prętermissa pensitatione illius duplicis solutionis, ad obiectiones, de, victus humidi in febricitantibus omnibus, exhibitione; necnon de syrupporum refrigeran-
B F tium in eisdem, vsu (nàm ex dictis colligitur) ad sanguinis explanandam temperiem, accedamus oportet. Dicentibus igitur nobis Hircinum sanguinem, esse tantæ caliditatis, vt vim habeat cõburendi: scribenteq; eo: *se numquàm legisse, sanguinem quempiam cõburere, quinimmò, cum Hyppoc. in libr. de corde, non esse natura calidum, sed incalescere, ob admixtionem calidorum*: quis veritatem attigerit, inquirendum. Ad hęc monens Gal. 1. de temperam. 1. *Neq; enim ullum animal; aut calidum in summo esse potest, ut est ignis, aut in summo humidum, sicut est aqua, pari modo nec frigidum, siccumuè in summo, sed ab eo, quod in mixtura præpollet appellationem sortiri: uocantibus nobis, id humidum, in*
C G *quo est maior humiditatis portio, siccum in quo siccitatis, ità uerò, & calidũ, in quo calidum frigido plus ualet, frigidum uerò, in quo frigidum calido præstat*: Nulli dubium, sanguinem hircinum, statutum à nobis calidissimum (ità vt habeat vim comburendi) non esse in summo calidũ, vt ignis; sed esse calidum, quia in eo, calidum præualet frigido, vel vt dicere solet Aduersarius, ob dominum caliditatis vincentis in eo. Et re vera, calidum esse sanguinem sui naturâ, non proptèr admixtionem calidorum; esse, & temperatum, esse adhùc eorum, quæ continentur in corpore, calidissimum ratione, & authoritate
H patescit. Vtq; ratione agamus primùm. Iàm patet ex dictis, con-
D statq; nunc ex Gal. 2. de natural. facult. 7. in calidioribus tantùm animalibus, sanguinem reperiri (vt propterea caliditas, efficiens, constituatur ipsius) nec latet, temperatam alimentorum conditionem, calidam proindè, & humidam, ad sanguinis productionẽ concurrere: quî igitur fieri potest, vt non calidus sanguis existat, aliundeq; obtineat, id quod à suo naturali efficiente, & dispositione materiei reportat, & habet? quarè calidus naturâ erit sanguis. qui quidèm (& hinc alia desumatur ratio) cum thesaurus dicitetur naturæ: nisi calidus naturâ esset, quomodò vita locata esset, in eo? pręterea cum quæcumq; calida, & humida sui naturâ sunt, facillimè computrescant; & sanguis, huiusmodi sit (dicente Gal. 2.

Affertio 3. eiusq; reprobatur.

Adeps hircinus cur dictus calidissimus.

Sanguis in quibus reperiatur animalibus.

Quod sanguis sit natura calidus.

Ratio demõstras sãguinẽ esse calidum,& humidum.

de different.feb.15. *Decumbentia excrementa in omni inflammatione putrescunt,non tamèn similitèr omnia,eo quòd quædam sunt pituitosa,alia melancholica,nõnulla biliosa;sanguis autèm facilè,quià putredinis causæ sunt, largior humiditas,unà cum calore, quæ duo solùm in sanguine sinceriore depræhenduntur*) quomodò sanguis, naturâ non erit calidus? quòd si Apologiæ author sentiat cum Hyppoc.in lib.de corde,sanguinem incalescere, vel esse calidum,ex admixtione calidorum, quamuìs multis videatur calidus. Respondemus primùm,citatum librum, non esse Hypp.cum numquàm à Gal. inter genuina doctissimi senis opera, fuerit commemoratus: Addimusq; 2. decreuisse illius authorem (quisquis fuerit) sanguinem non esse naturâ calidum, quià cõsiderans eo loci sanguinẽ,vt temperatum; hinc factum est, vt ab hac temperie,scripserit discedere, ꝓptèr admixtionem calidorum,atq; ab his incalescere, hoc est, extra temperiem (de qua paulò infrà dicemus) reperiri: Sed ad authoritatem, Gal. lib.de tumor.prætèr naturam. *Secunda*(inquit)*coniectura est,ex ipsa sanguinis substantia,non enim,ut pix,& resina,& cera à frigore concrescit, sed,& semper,& natura calidior est. In sanguine* (repetit lib. de fœtus formatione) *qui in uenis est, absq; cordis calore tepidus quidam calor est insitus.* Idem Gal.1.de temperament.& 5.de simplic.medic.facul.edocẽs artem cognoscendi membra calida,quæ temperamenta habent ꝓ ratione alimenti, quo vtuntur hæc habet. *Cum alimentorum calidissimus sit sanguis (bilis.n. nisi cum multo sanguine permixta non nutrit) quò membrum,magìs nutritur sanguine,eò est calidius, quam caliditatem attextantur,tùm reliqua,tùm promptitudo,quam habet,ad suscipiendam putredinem.* ex qua Gal.authoritate,colligat nnnc aduersarius,quomodò non solùm sanguis calidus naturâ est,sed,& caro,quæ enutritur ex sanguine:de cuius etiam tẽperie loquens Hyp.4. de morb. num.1. (prætèr ea,quæ à Gal.relata sunt 2.de temperament.2.libr. de natura humana com.36.& libr. de differ. morborum cap. 12. quibus omnibus in locis, calidum naturâ sanguinem prędicat.) *Sanguis* (inquit) *est unus ex quatuor humoribus, & hic est duplex, congenitus.s. atq; ex alimento generatus,& auctus,ex primo conflatus est homo, unà cum alijs humoribus,atq; ex eodem,quo gignitur,nutritur, & in esse conseruatur, dummodò ipsi humores sani sint: Augetur autèm is,qui congenitus est*(habet libr.de alim. num. 2.) *ab alimento,cuius facultas,peruenit ad ossa,& ad omnes partes,&c.*ac vtriusq; libr.de natura humana perpendens naturam. *Sanguinẽ* (inquit) *calidum esse, & humidum; signum est, quòd homines uere, & æstate maximè dysenterijs corripiuntur, & sanguis ex naribus ipsis fluit,& calidissimi sunt,atq; ruberrimi;& quia sanguis natura calidus est,& humidus,id circò sanguis humidus bonus*(libro conscripsit eodem)

Liber de corde non est Hipp.

Interprætatio loci author. lib. de corde.

Sanguis calidus absq; cordis calore.

Ratio demonstrans sanguinem esse calidissimum.

Doctrina Hypp cõtraria asser. aduersarii.

E dem) *sanguis solidus malus, sanguis uerò congenitus est alijs humoribus calidior, & rubicundior, & sincerus, & illi, qui ex cibo confectus est, dat calorem, ruborem, sincerumq; reddit:* Quibus minùs contentus Hypp. inquit libr. citato de morbis num. 23. *Est pituita frigidissima, est natura calidissimus autèm sanguis, frigidior est etiam aliquãto bilis sanguine.* Quid igitur ad hęc, Impugnator? Ioannes Marinellus 2. de morbis com. 27. num. 2. *Viuere* (inquit) *non posset homo, si sanguis densior, & frigidior se ipso fieret, quandò frigescente sanguine, necessum est reliquum corpus perfrigerari: quamobrẽ, natura sanguinẽ esse calidũ, tũ Gal. tum Hypp. primus hucusq; substinuit.* Cumq; in his veritas extet locata; quo-

Sãguis humidus bonus, solidus malus.

Si sanguis esset frigidus homo non viueret.

F modò temperatus sit sanguis, spectemus. Gal. ergo lib. de nat. humana com. 39. Sanguinem ità attemperatum esse sanciuit, vt in eo calidum, neq; pualeat frigido, neq; frigidum calido, vtì ver quoq; temperatum est. *Sanguis* (dicebat 5. de simpl. med. facul. 21.) *particeps est caloris mediocris in animali; temperatum calorem, & qui modicè humidus est, sanguinis generandi causam esse, hacq; de causa ipsum sanguinem, succum calidum, & humidum potestate dici:* 2. de natural. facul. 9. & passìm 2. de temperamentis commonefecit idem; qui 10. de simplic. med. facul. in initio; Sanguinem nullum frigidum esse, cõgenitum scilicet, atq; ex alimentis productum sanciuit, & in finit. medic.

Quomodò sanguis sit temperatus.

Quod sanguis nullus frigidus sit.

G hæc habuit. *Humores quatuor sunt, ex quibus animal consistit, sanguis, pituita, biles duæ, flaua, & atra, hæc .n. etiam elementa corporis, medicorum filij uocant, quandoquidèm, sanguis calidus, humidus, dulcisq; est*) Nunc calidissimum eorum, quę sunt in corpore, esse sanguinẽ, nõ solùm ex sui naturâ (quia tẽperatus, actionum omnium edẽdarum grã factus in animante est) sed, ob admixtionẽ calidorum, siuè spirituum, siuè biliosorum humorũ, vel quia à corde caloris fonte, caliditatẽ reportet; adeò compertum est, vt nullo pacto possit addubitari, de illius in corpore, suprema caliditate; quam agnoscens 1. de tẽper. vlt. Gal. *Humidissimum* (inquit) *frigidissimumq; in corpore pituita est, cali-*

Quod sanguis sit calidissimus.

H *dissimum sanguis, nõ tamẽ est is perindè humidus, ut pituita;* quã eãdẽ sentẽtiã, cum Arabum princeps habuerit lib. 1. fen 2. doc. 3. cap. 2. cõcludamus, sanguinẽ eorum, quę sunt in corpore, esse calidissimum, non solùm ob admixtionẽ calidorum, sed sui etĩ naturâ, ità vt bilẽ etiam excedat. Nã loquẽs aduersarius de sanguine idoneo ad generationem, nutritionẽ, auctionemq; humani corporis (quicquid alij dicãt) hic bile cẽsendus calidior: & licèt idem Gal. lib. de nat. hum. com. 1. de vtil. resp. cap. 5. & de inæquali intẽperie 4. expressè affirmet, sanguinẽ, post flauã bilẽ, maximè calidum esse; eiusmodi authoritas sic interpretãda venit, vt sãguis, bile sit calidior, vt alimentũ; bilis verò calidior sit sanguine, vt excremẽtũ. Quamobrẽ

Sãguis calidior bile.

Sententiæ pulchrę interpretatio.

D 2 cum

cum explicatum habeamus, quomodò ſanguis naturâ ſit calidus, quomodò temperatus, ac quomodò eorum quæ ſunt in corpore, calidisſimus: quomodò hircinus, adeò calidus ſit, vt ferè comburat, pro capitis concluſione ſpectandum. Ad hæc, breuibus rem agentes. Excedentem, in corpore calorem in parte, vel in toto, ignem, vt plurimùm appellaſſe Hyppocratem, ſæpè Galenum, nec rarò 2. de anima Ariſt. qni natiuum etiam calorem, ignem nuncupauit, apud omnes exiſtit compertum: & Gal. 1. de compoſ. medic. ſec. loc. cap. 4. necnon 5. de medic. ſimpl. facul. volens oſtendere medicamentorum acrem, erodentemq; facultatem (qualis hircino indita eſt adipi.) *Periculoſa autem* (inquit) *quodamodò ſunt uſtoria, quæ ſi quis paulò negligentiùs adhibeat, bullas excitant, & exulcerant, & aliquantulùm cutem exurunt.* Hypp. 1. epid. com. 3. tex. 29. cum aliquem ingenti calore, ſiue febre correptum, ſignificare voluiſſet, igne correptum eſſe dicebat. *Hermocratem* (ſcripſit) 3. de morbis vulg. com. 1. *fuiſſe igne correptum. Ignis* (com. 21) *Oceati corripuit uxorem. Cleonactidem* (com. 31.) *corripuit ignis erraticè, Adoleſcentulum, qui in mendacium foro decumbebat, corripuit* (dicebat ibidem) *ignis, ex laxitudinibus. Rigor à ſuperiori uentre, ignis uerò magis ab inferiori prouenit.* 6. de morbis vulgaribus ſec. 5. par. 31. admonuêre vtriquè. Ignitum euphorbium lib. de dynamid. appellauit Gal. qui ignita dictitauit, cum nimis incaluerint, hypocondria: combuſtionem dixit ſtomachi, cum hic nimìs fuerit calefactus: ac, vt magìs ſpecificè, cum eodem loquamur 4. aphoriſ. 37. & 48. internas admonuit, partes corporis, ſub ipſa refrigerata cute, in quibuſdam acutis febribus, comburi. *In febribus intermittentibus ſi partes interiores frigidæ, interiores uruntur, ac ſitim habeant lethale eſt*, in aphor. admonuit nec ipſoſmet ſpiritus (quia calidisſimi ſunt) ſubticuit, 5. de placitis eſſe igneos: vt propterea, cum excedentem caliditatem, modò in corpore, modò in medicamentis, comburendi facultatem habere admonuerit ſępè Gal. haud ab huius doctrina, nos receſiſſe dicẽdum, quippè qui (præceptorem inſectati) volentes demoſtrare, ſupremam hircini ſanguinis caliditatem, dixerimus, cum habere vim comburendi. Quòd enim re vera calidisſimus ſit, tùm ſui naturâ, tùm ex admixtione calidorum, ac præcipuè ſpirituum, qui à colligi poteſt ex dictis, ſtylum conuertemus ad alia.

Hircinum ſanguinem vim habere comburendi.

Ignem, febrē ingentem vocabat Hypp.

Spiritus igneí dictitáti ab Hyp.

PROPONITVR, tres eſſe facultates corpus noſtrum diſpenſantes, Vitalẽ, Animalẽ, ac Naturalem; de qua inſtituta doctrina, decernitur, Generationẽ, Nutritionem, Auctionẽq; indè emanare: ac Nutritionis exorſa tractatione, quid nutritio, ſibiq; facultates ſint inſeruiẽtes, vnà cum modo, quo alimentorum, alito ſit aſſimilatio, clariſſimè explanatur. Cap. XV.

E CALIDISSIMVM, nè dùm temperatum, & calidum, sanguinem (vt alimentum) esse, & rationib', & authoritatibus, fuit hucvsq; monstratum: De huius itaq; generatione loquens in asser. 34. Aduersarius, dicens. *Et in nobis quousq; ex cibis generatur chilus, ex chilo generantur* Assert. 34. *quatuor humores, uel sanguinem appelles, & sua excrementa, & demùm donèc fiunt concoctiones, attractio, retentio, appositio, & assimilatio, omnes istæ alterationes dicuntur præuiæ dispositiones ad formam introducendam substantialem, quæ educitur de materia in ultimo instanti assimilationis:* huius inuitat nos lectio, vt, & de nutritione, & de assimilatione alimenti cum alito, repetamus nonnulla.

F Explosa igitur in primis, ea sétentia, quâ substinet doctus vir substantialé formam partium nostri corporis, educi de materia alimentali, in vltimo instanti assimilationis: De nutritione, volentes differere, hinc altius cum Gal. desumemus, exordium.

Refellitur asser. prædictæ particula.

Tres cum sint facultates, corpus nostrum dispensantes, Naturalis, Vitalis, ac Animalis, in effectione, dignitate, ac situ, instrumentisq; differentes (nàm alia operatur naturalis, alia vitalis, & alia adhùc animalis:) In cerebro etenim p̃ neruos, hæc in omnes partes sensu, & motu voluntario præditas delata, est summa; Vitalis in corde per arterias, in vniuersum corpus

Tres esse facultates nostrum corpus dispensantes.

G distributa, est media; Et naturalis in hepate, per venas cum naturali spiritu, & sanguine, in totum corpus sparsa, infima. Vndè nutritio scaturiat videndum, scire igit̃ expedit, quòd cum naturalis facultas, in viuente corpore illa sit, quæ generando, nutriendo, augendoq; corpori præest, proindeq; eius opera sint generare, nutrire, & augere, & generatio, & nutritio, & auctio indè scaturiet.

Naturalis facultas, quę.

Est verò generatrix facultas, quæ ad nouam substantiam, & formam perducit, singularumq; corporis partium structuram, decenti ordine effingit, certo numero, legitimaq; magnitudine disponit;

Generatrix facultas, quæ.

H quæ omnia, & per alteratricem, & formatricem accommodat. est autèm alteratrix, quæ semen, ac sanguinem, subiectam proindè generationis materiam immutat, ac partium suppeditat substantiam; formatrix verò vis illa, in semine insita, à membris deriuata, quæ figuram, situm, conformationem, compositionemq; in toto ac partibus effingit.

Alteratrix quæ.

Formatrix, quę.

Nutrix facultas, quæ generatrici succedit, ob perpetuam humani corporis, ab agente calore dissolutionem. ea vis est, quæ assumptum alimentum in corporis substantiam, conuertit, eiq; assimilat; ità vt velutì generatrix versatur, circa commutationem materiei, quæ fit ad nouæ substantiæ per se, ac simplicitèr productionem; ità nutrix, circa alimenti commutationem, atquè assimilationem: vt propterea nutritio nil aliud sit,

Nutrix facultas, quę

Nutritio quid,& quō fiat.

quàm trasmutatio alimenti in substantiam nutriti, facta in corpore viuente, vsq; ad extremum vitę, à facultate alteratrice, cui inseruiunt attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix, mediante calore naturali, ac proprio omnium partium corporis, propter vitæ indiuidualis cōseruationem, hęc nutritionis absoluta numeris omnibus sit definitio: quam si animaduertisset vir prudens, mehercle, haud literis commendasset, substantialem formam educi, de materia alimentali, in vltimo instanti assimilationis, nàm est nutritio motus, ad substantiam quidèm, sed alteri iam per se consistenti, adhærentem: atq; in hoc præcipuè à generatione differt nutritio, quandoquidèm hæc trasmutatio est, quę in ipsamet substātia iam facta, erat, illa verò trasmutatio, ad nouam substantiam. A

Contra aduersarium.

Nutritio quid sit.

B

Attractrix facultas, quę. Retentrix. Coctrix. Expultrix.

Cœterùm inseruiētes nutritioni facultates cum sint numero quatuor, circa singulas discurrendum. est ergo attractrix, ordine prima, vis humani corporis partibus omnibus insita, familiare sibi attrahendi alimentum; Retentrix, quæ id ipsum, quod attractum est retinet, donèc facta est concoctio, quæ alterando, & assimilando procedens; id quod attractum, retentumq; est concoquit, in qua cōctione, quia plura inepta sunt vt in substantiam nutriti possint conuerti, ad hoc vt assimilentur ei, hinc facultas orta est expultrix, quæ, quod qualitate, & quantitate molestat expellit: atq; hæ preuię illæ sunt dispositiones, tactę ab Apologiæ professore, antequàm vera alimenti, cum alito fiat assimilatio; quam præcedēs adhùc appositrix, & agglutinatrix facultas, hęc ea est, quę succum parti alēdę appositum, agglutinat, atq; appingit, illa verò, seu appositrix, quæ sanguinem in rorem, alendæ parti familiarem cōuertit: quas duas facultates, assimilatrix (quæ alimentum per singulas corporis partes effusum, appositum, & agglutinatum, & substantia, & colore, in partium singularum alimentum immutat) insectans; in huius celebratione, ipsa absoluitur nutritio, membrūq; nutritur, cuius substantialis forma, non educitur in vltimo assimilationis instanti (quià sic nullum intèr generationem, atq; nutritionem esset discrimen) sed conseruatur, aut restauratur, cum ob talem finem fuerit à naturâ excogitata, & facta: quarè assimilatio ipsa, cum vltima sit forma nutritionis, quomodò hæc fiat in singulis videndum. Ad nutritionem igitur faciendam, cum prætèr obiectum, nutriens, requiratur etiam subiectum, tale recipiens obiectum, quod est corpus; assimilatio alimenti cum alito erit circa corpus, totum. s. atq; partes, dummodò verè viuentes, tàm similares, quàm dissimilares sint: de qua assimilatione, loquens Gal. 1. de natural. facult. cap. 10. *Cum actio nutricis (inquit) facultatis sit assimilatio,* C

Appositrix & Agglutinatrix facultas, quę. Assimilatrix.

D

Discrimen inter generationem, & nutritionem.

Assimilatio alimenti cum alito quō fiat.

Gal doctr.

E *similatio, nec fieri possit, ut assimilentur, mutenturq; ulla, nisi societatem aliquam, cognationemq; in qualitatibus habeant, idcircò primum quidèm, nec quodq; animal, quocumq; cibo nutriri potest* (hęc notet vir doctus) *deindè, neq quibus nutriri potest, ijs utiq; protinùs; nàm quo pacto ex sanguine os fiet, nisi is prius, & crassetur plurimùm, & dealbetur, aut quomodò ex pane gignetur sanguis, nisi, & paulatìm deponat alborem; & sensim accipiat ruborem? quippè caro ex sanguine non magno negocio fit; si enim catenùs naturæ opera crassescat, ut constantem substantiam habeat, nec etiam sit fluidus, prima, & recens concreta caro iam existet; at uerò ut sanguis, os fiat, longo huic tempore, multo etiam opere, ac mutatione opus est.* Quarè ex F his Galeni verbis, cum satis superq; constet, alimentorum assimilationem, cum alito, esse circa corpus; atq; in hoc complexionalis, seu accidentalis, substantialisq; insit forma; in qua assimilatio fiat; adhùc contemplatione dignum. Idem Galenus quarto de simplic. medic. facul. cap. 10. apertè scribit, quod quæ simul omnibus qualitatibus conueniunt, hoc est temperamento, ea, tota substantia conuenire dicuntur, quarè assimilationem hanc, atq; conuenientiam, esse in qualitatibus; & forma substantiali, relinquitur; quò fit, vt id ipsum sit nutriri, in eodem scilicet statu, formę conseruari, siuè amplior, siuè minor corporis comparetur moles, G aut ęqualis retineatur: atq; de nutritione sint satis isthęc, è quibus colligat (si libet) Aduersarius, substantiales corporis nostri formas, non educi ab alimento, sed in proprio statu, conseruari; nutritionemq; non fieri indifferentèr ex omni alimento: Siquidèm Gal. authore, lib. de attenuante vict. ratione cap. 2. olera, quæ frigida sunt, & humida, aquosum gignunt humorem, exemplo ibidem allato de cucurbitis; calida verò, & sicca calfaciunt, & attenuant. quod ipsum confirmans Rasis, 9. ad Almansorem, Hyp. ab oleribus per hiemem abstinendum, (quòd ea refrigerent, & humectent) admonuit pro olerum tamē qualitate, vndè sanguis etiā H ex lactuca genitus, ex Auicenna (referente Cardano in contradictione 11. tract. 3.) per tempus declinat ad frigidum. De animali facultate, necnon de vitali, quià nulla data est nobis differendi ansa, omissa contemplatione vtriusq; cum, & vtraq; aliquo pacto fuerit innuta: de spirituum essentia perbreuem operepretium duximus instituere discursum, tanquàm necessarius hic esse videatur, pro totius humani corporis absoluenda fabrica: quippequam ex continentibus, seu solidis, contentis, seu liquidis nempè humoribus, atq; spiritibus, quos impetentia nuncupauimus, constare prædiximus.

Cōtra aduersarium.

In quibus fiat assimilatio alimēti cū alito.

Nutriri quid sit.

Doct. cōtra assert. 34.

DE spirituum omnium, ad hominis accedentium compositionem, essentia, discrimine, sede, generatione, facultate, necessitateq; βραχιλογία. Cap. XVI. A

MANCA, humani corporis, allata à nobis nè videatur structura; reliquorum post habita tractatione, quæ lõgiorem, quàm institutum exposcit, præsentem reddere poterant, sectionem; de spiritibus dumtaxàt differendi restat occasio: hanc itaq; absoluentes paucis, à rei exordientes naturâ, ex Gal. 3. de natural. facult. 7. & 6. de vsu partium 2. asserimus, ꝙ spiritus substantia est lucida, ætherea leuissima, ex tenuiori sanguinis producta portione, facultatum omnium vinculum, ac primum functionis obeundæ instrumentum: siuè vt alijs placuit: Spiritus corpus est calidum, tenuisimę, ac leuissimæ substantię, vt ex Gal. (innatũ definiente spiritum 5. de simpl. medicam. facult. & 12. med. Method.) colligit. Corporea etenim moles, cum satìs ponderosa esset, inagilis, & iners ad motum, spiritus necessarius extitit, qui sua pernicitate, celeritateq; ꝑ vniuersam effunderetur; huiusmodi igitur spiritus fuit, qui animæ tamq̃ præcipuum instrumentum inseruiens, ex eo in corporis gratiam, functiones omnes scaturiunt, animalis. s. vitalis, ac naturalis, vndè triplex etiam, eodem insignitus nomine, constitutus est spiritus, Animalis, Vitalis, ac Naturalis, determinatas vnusquisq; posidẽs sedes, ac determinatis quicumq; accõmodatus, obeundis muneribus. Cæterùm spirituum antequàm exprimamus essentiam, animaduersione dignum occurrit, duplicẽ esse spiritum: influentẽ. s. atq; insitum, hic ille est, qui cum innatus, & infixus etiàm dicitur, ex semine parentum, & influente calido ꝓcreatus, in singulis partibus residet, & inhęret (quẽmadmodũ textatus Gal. est 5. de simplic. medicam. facult. 9. Influens autem ille est, qui ex puriori sanguinis portione, productus, ex visceribus principatum obtinẽtib', dimanat: differt verò spiritus à fluente humore: quòd humor corpus est liquidum, spiritus verò aërea, ac tenuis (vtì ꝑdiximus) substantia; verùm in hoc spiritus conuenire videtur cum ipso calore, quià ab hoc non discernitur, vnaq; eorum est substãtia, licèt ratio ipsa diuersa: cum namq; concoquit, attrahit, retinet, assimilat, &c. rectè natiuus calor à latinis, ἔμφυτος θερμὸς dictitatur à Græcis; cum verò palpitat, mouet, naturalis spiritus nuncupaẗ; sic. n. Gal. 8. de Hyppocratis, & Platonis decretis, & in libro de tremore, & palpitatione conscripsit, à quo minùs differẽs Ioannes Crato, isagogico suo libello (nequaquàm pro Medicinæ tironibus aspernãdo) spiritum adnotauit substantiam esse aëream, calidam, & humidam,

Spiritus desinitio.

B

Spiritus in corpore necessitas.

Triplex in corpore functio, vndè.

C

Spiritus insitus, qui.

Spiritus influens, qui.

D

Discrimen & conuenientia caloris, & spiritus.

Spiritus essentia.

E midam, à vi cœlesti cōtemperatam, in semine, & sanguine materno; & non solùm ijs membris, quæ auctioni seruiunt, verùm omnibus humani corporis partibus, insitam, caloriq; innato ità vnitã, vt ab ea magìs cognitione, quā re ipsa possit discerni: quæ omnia, cùm bonus Crato effuratus fuerit à principe Philosophorum 2. de generatione animalium cap. 3. quid de innato spiritu sentiat Philosophus inquirēdum. In semine igitur, spumosoq; corpore, hunc contineri, elemento stellarum proportione respondêre, fœtusq; esse principium, commonefecit Philosophus; à quo discrepās medicorum coriphæus Gal. non solùm in semine, sed, & in sanguine mestruo, ac vtrisq; insimùl permixtis in vnum motum, motusquè principium conspirantibus, & cōtineri, & efformari 2. de semine, & 14. de vsu partium mãdauit memoriæ; edocens actiones omnes naturales adaugere, qui quidèm spiritus, cùm in pueris copiosissimus sit, caliditate symetrus, innati caloris nomine, fuit 1. aphorismorum particula, aphorismo 14. decoratus: deq; insito spiritu, vt per parergon isthæc sint satis; redeuntes ad influentem, porrò huius cum patescat essentia, generationisq; ex sanguinis tenuioribus portionib' origo, equidèm, vt innutum est, spiritus hic triplex est, Animalis, Vitalis, ac Naturalis: de quo non est, vt in Galeni doctrina, contendamus, in dubiumq; reuocemus an detur; quandò de hoc ipso, perspicuè loquutus est, tùm 5. de simplic. medicament. facultat. tùm cōment. 15. aphorismi, primæ sectionis aphorismorum, quibus in locis solida membra hoc spiritu constare affirmat: licèt verò 12. Meth. med. cum de vitali, ac animali orationem instituisset, dixerit, quod si naturalis, quoq; aliquis spiritus est, vtiq; is in iecinore, & venis continetur; vbi non adeò perspicuè videtur fuisse loquutum, locum tamen cùm significarit ipsius, eumq; à pdictis diuersum: rationi consentaneum est, vt eius extiterit mens, naturalem hunc spiritum dari; quùm hepar inter corporis nostri partes, adnumeretur princeps. Esto igitur naturalem spiritum dari, quandò ad sanguinis crassitiem attenuandam, pro singularum omnium partium alimento est necessarius, de hoc discurramus in primis. Illustriores itaq; medicę rei professores, vnanimitèr sensêre naturalē spiritum, ex aërea defœcatioreq; chyli portione cōfici, quę à spiritu iecori ingenito, vim accipiens, tamquàm in prima officina elaboretur, vt per venas sanguinem, huius vehiculo, in totum corpus suggerat: Nàm hepar in sua fornace maximam sanguinis, & spirituum suppellectilem, ad totius corporis alimentum conficiens, hoc quià circa hepatis regionem contineri non potest, natura venosum omne genus ad huiusmodi conseruationem construxit;

De spiritu innato Arist. doct.

F

Cap. 1. & 4.

Spiritus influens triplex, & qui

G

Capite 5.

H

Naturalis spiritus necessitas.

Hepatis munus.

struxit; sicq; ab hepate, vnà cum sanguine, naturalis per totū (dictam ob necessitatem) influit spiritus; Nàm quemadmodùm Animalis facultas in corpus, absq; spirituum animalium beneficio, emicâre non potest (vt in paralysi patet, in qua proptèr neruorum obstructionem, spiritus distribui, effluereq; non possunt.) sic, neq; naturalis in eodem, absq; naturalis spiritus beneficio potest quicquam moliri, generare videlicet nutrire, & augere, quæ suprema sunt, ipsius naturalis facultatis munia: generare quidèm non potest, quià nisi spiritus hic naturalis in semine esset, infœcundum hoc esset, quandò hic ille est, qui facit, vt fœcunda sint semina; Nutrire verò, quoniam, ad nutritionem, sanguinis in totum necessaria cum sit distributio, fieri nequaquàm hæc potest, nisi naturali mediante spiritu, qui sua caliditate, agilitateq; sanguinem aliòquin crassiorem, subtiliet, atquè transportet: quamobrèm cum nutritio, absq; hoc naturali spiritu celebrari non possit, sic neque ipsa augumentatio; quę sine nutritione non fit: ex quibus omnibus cum colligatur; naturalem spiritum dari, ex nutritione, auctione, generationeq; orta necessitate (eoq; magis cum Authorem Apologię fautorem habeamus, decernentem, sanguinem incalescere, ex admixtione spirituum.) Dicamus vnà cum illustrioribus rei nostræ medicæ professoribus, naturalem hunc spiritum, vitalis esse basim, hunc verò animalis; naturalem præterea, ex tenuissima sanguinis portione productum, minus reliquis esse defœcatum, lucidiorem, tenuioremq; naturali vitalem, tenuissimum, splendidissimumq; animalem: ac vnumquemq; in propria sede elaboratum magis consistere, animalem in cœrebro, vitalem in corde, naturalem in hepate; deq; spirituum essentia, muneribusq; ac facultate hæc satis esse putamus; monentes, ex spirituum isthac βραχιλογία ex contentis, continentibus, ac impetum facientibus, humani corporis (statuti iam medicinæ subiecti) absolutam fabricam esse, atq; structuram, sicq; ea omnia in physiologia nos attigisse, quæ vel summoperè necessaria erant, ad culturam medicinę studiosorum, adaugendam; vel quæ alitèr (ac medicorum omnium ipsa physiologia docet) fuerunt à doctis nonnullis viris in eorum assertionibus conscripta.

Operationes spiritus naturalis, quæ.

Sanguinis distributio quomodò fiat.

Spiritus naturalis est basis vitalis, & hic animalis.

Sedes vnius cuiusq; spiritus.

Corporis fabrica ex quibus cōponatur.

EXERCITATIONVM

E # EXERCITATIONVM

MEDICARVM

SECTIO SECVNDA.

*

ARGVMENTVM.

F QVID Nostrę Medicinę principes, in ea, quam in superiori sectione pręstitimus, disceptatione, senserint in his; de quibus concertatio orta erat non inutilis, inter ęgregios quosdam viros, & paradoxę conclusionis, authorem in physiologia, definitum est hactenus. Quid itaq; iidem sentiant, in his, quę ad Pathologiam attinent, reliquum est aperire tentemus. Nacta ergo philosophandi occasione, ab his; quę prudentes nonnulli, in arte medica professores, scriptis mandarunt, aduersus nostra Pathologica in medicina, placita; rerum omnium pręter naturam, morborum .s. causarum, atq; symptomatum, afferemus in pręsenti essentiam: diuisioneq; ac subdiuisione eorundem allata, fluxionum penè omnium, quibus aluus tentatur, clara, atq; dilucida apparebit tractatio.

G *MORBI Inter res prætèr naturam allata definitione, explicatione, atq; subiecto: tria suprema morborum genera, in intemperie, mala compositione, & solutione unitatis, innotescunt.* Cap. I.

FIRMAM, Solidam, ac veritati consonam, exposcentib⁹, à nobis viris nonnullis doctis, in pathologia, doctrinam; iam nostras esse partes animaduertimus, de ijs præsentem orationem ordiri, quæ principem in allata medicinæ parte, obtinent locum: huiusmodi autèm, cum sit morbus, morbi causa, & symptoma, iouit at sententiæ

H nostrę impugnator, vt quid vtrumq; sit, aperire tentemus. A Gal. igr, non recedentes (quò in singulis fiat satis assertioni 96. asserenti communitèr, & largo modo morbum, atq; symptomata nos accepisse) Morbus ex lib. de diff. sympt. 1. ἡ νόσος appellatus á Gręcis εἴρηται κατασκευή τις οὖσα παρὰ φύσιν, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. *Morbus .s. dicitur constitutio quædam existens præter naturam, à qua actio læditur primùm*; quam eandem definitionem, cum alibi millies confirmarit Gal. breuitati intenti; adnotandum, quòd, morbum, siuè constitutionem dicas, aut affectum, structuram, statùm, vel dispositionem, nihil intererit; dummodò vna, vel altera prætèrnaturam sit, & ità permanens, vt remota etiam causa, maneat, nec vnà cum illa auferatur: generis ergo locus Galeni Morbi defin. ex Gal.

in

Morbus reponitur in prędicamēto qualitatis.

in data definitione possidebit vox illa, *Constitutio* (morbum in qualitatis prędicamento reponens, nam, & διάθεσις appellatur à Gręcis) differentiæ verò, vox sequens (*præternaturam*) ad differentiam s. sanitatis, quę est constitutio secundùm naturam. Cœterùm quià omnis corporis affectus, qui à naturali statu recessit, vel morbus, est, vel morbi causa, vel morbi symptoma, vt discrimen constaret, inter hos ipsos affectus, addita à Gal. est altera particula, in qua dixit, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. i. *à qua actio læditur primum*, A

Qui morbum optimè definiant.

Cum dicitur morbus (scripsit Gal. lib. de different. symp. cap. 1.) *est corporis affectus, qui actionem impediat, ijs, qui statim subaudiunt, quòd primùm, & ex se id facit, sufficiens est definitio*. Quid itaq; morbus sit, patescit, quò ad subiectum; hoc nuper innutum fuit, esse corpus, cuius constitutio, cum triplex sit, ex partibus similaribus prima, ex dissimilarib⁹ secunda, ac ex vtrisq; commixtis tertia, has ipsas, morbi esse subiectum (quatenùs, ad vnius corporis concurrunt structuram) ex eisdemq; partibus, tria summa prima morborum oriri genera, hinc satis constabit. Morbus cum accidens sit, & ꝓpterea alicui sempèr inhęreat; iuxtà subiecti, cui inhęret varietatē, varietas summorum generū emanabit morborum: quarè partes, seu subiectum, cui inhærent morbi vniuersi, cum sint similaria mēbra, dissimilaria, ac ex vtrisq; mixta; & in similarib⁹, & in dissimilaribus, ac in vtrisq; morbus constiterit: in similaribus quidèm, morbus in intemperie; in dissimilaribus, morbus in mala compositione, seu etiam conformatione: ac in vtrisq; morbus vocatus in soluta vnitate. Etenim humanum corpus, in prima sui constitutione (singulorum generum rationem, vt afferamus, & causam) cum constet ex elementis, non immediatè, vt superior commostrauit sectio, sed mediatè, mediante inquam semine, ac sanguine, in quo quatuor primorum corporum delitescunt qualitates, necnon substantiæ; quoniam, ex Galeno libro de differentijs morborum cap. 3. prima corporis constitutio, ex partibus est similaribus, & partes similares ex primis constant elementis, seu horum virtutibus (vtì Auerroës in Paraphrasi secundi de partibus animalium luculentèr textatus est) ratio exposcit quæcumquè ad similares has partes, genus morbi spectare in intemperie; quandò ex elementorum virtutibus, non aliud insurgat, quàm temperies, vel in temperie constitutio, quæ si fuerit naturalis, sanitatem in similaribus producit, si prętèrnaturam, morbum, constitutionem appellatum in intemperie prętèr naturam: hancq; veritatem, medicorum cognoscens coriphæus noster Galenus, hic libro de Differentijs Morborum, capite quarto, perquirens morborum B C D

Morbus est accidens.

Triplicis generis morborum subiectum quale.

Prima corporis constitutio ex similaribus.

Vndè sanitas, & morbus.

E morborum summa genera, ac differentias: *Age igitur* (inquit) *sint prima elementa numero quatuor calidum, frigidum, humidum, & siccum, quibus inuicèm moderatè cõfusis, sanum fit animal, immoderatè uerò ægrum, erunt consequio ægritudines quatuor, prima caliditas, quæ naturalem excesserit symmetriam, secunda frigiditas, tertia humiditas, & quarta siccitas: Hi sunt iuxtà secundam suppositionem, morbi uniuersi earum partium, quæ similares appellantur*. atq; hucvsq; Gal. à quò princeps etiam non recedens philosophorum Aristoteles, decernens hic 2. de anima tex. 143. & 7. physicorum tex. com. 17. sanitatem esse symmetriam, ac proportionem, quatuor primarum qualitatum, decernit etiam, ꝙ F si hæc dissoluat, ità vt, noxa actionibus inferatur, hic iam morbus est, qui excessu primarum fit qualitatum, quę natiuam illam temperiem vitiant, vndè, & morbus dicit in intemperie. Quòd spectat ad alterum dissimilarium morbi genus, in mala compositione vocatum, hoc certè adeò proprium est organicarum, dissimilariumq; partium, vt similarium illud: Nàm vox ea constitutio, cum nil aliud sonet (quemadmodùm nos docuit Arist. 5. Metaph. 19. & 20.) quàm partium, ex quibus aliquod compositum est coordinationem, ob quam malè, vel benè illud constitutum dicitur: quotiescumq; mala in dissimilarbus obseruatur hæc constitutio (quæ G quidèm obseuari solet, in magnitudine, figura, numero, inconuenientiq; situ) tunc morbus in mala compositione, eas ipsas compræhendit: sicutì enim, ex compositione, seu coordinatione similarium partium, ex ipsis elementorum virtutibus sanitas oritur, vel ægritudo, sic ex dissimilarium, organicarumq; ex similaribus compositione, vtraq; ducit originem, sanitas quidèm, ex bona naturaliq; compositione; ægritudoq; ex mala, ac prætèr naturam. De altero genere morborum in soluta vnitate, hoc decernendum, spectare. s. hoc ipsum ad similares, dissimilaresq; insimùl cõmixtas partes, eâdem lege, qua morbus in intemperie ad similares, in H mala autèm compositione ad dissimilares, ex necessitate reducitur. *Tertia namq;* (dicebat Gal. corporis constitutio lib. de differentijs morborum cap. 30.) *cum ea sit, quæ participat constitutione similarium, & dissimilarium, consistitq; in utrarumq; unione; nulli dubium, quòd proba hac existente, sanitas, undè actiones scaturiunt procedit, uitiata uerò, morbus ille consurgit, qui in solutione dicitur unitatis, quæ porrò dissoluitur, cum similarium dissimilariumq; inter sese, dissoluitur ad actiones obeundas, pernecessaria continuitas. Vnum tamèn* (morbi genus, scripsit Gal. lib. de differentijs morborum cap. 4. vbì epilogo tria summa morborum genera nobis proposuit) *commune est omnium, & simplicium, & compositorum corporum, siue prima sint instrumenta, siue secunda, siue tertia*

Morbi in intemperie quot ex Gal.

Sanitas ex Arist. quid.

Vox constitutio, cõmunis ad similares, & dissimilares.

Morbus in mala compositione vndè fluat.

Morbus in soluta vnitate vndè fluat.

tertia (quæ autèm hæc sint, recurratur ad citati capitis lectionem) *quod nunc explicabimus; ad huius uerò inuentionem, uiam nobis præstat, quædam in omnibus dictis particulis natura communis; si quid.n. commune omnibus insit; quatenùs secundùm se habere dicuntur, quod uel usum aliquem, uel actum ànimalibus largiatur, omninò eo corrupto communis quidèm assidet morbus. Sed quidnam hoc, est, quod omnibus commune existat? suarum unicuiq; unitas partium, quæ cum affuerit, causa erit, ut pars quælibet una esse dicatur, unumq; actum, uel usum perficiat, quòd si qua solutio contingat, partis illius erit ægritudo:* ex quibus Galeni verbis, cum tertium, in soluta vnitate, genus colligatur morborum, quid vnumquodq; sit, cum eodem videndum. A

B

ALLATA essentia triplicis summi generis morborum, in intemperie, mala compositione, ac soluta unitate, species indagantur penè omnes, primi summi generis in intemperie, morbusq; à tota substantia, à proprietateuè, obitèr demonstratur. Cap. II.

QVID morbus sit, inter res præternaturam, medico in Pathologia considerandas, quod morbi extet subiectum, ac quotuplex supremum ipsius genus, ex Gal. cuius sempèr professi sumus dctrinam (quantum præsens nostrum institutum exposcit) monstratum est satìs; quod itaq; ad essentiam attinet generis vniuscuiúsq;. A rei nõ recedentes naturâ, morbus in intemperie constitutio quædam est ꝑtèr naturam, partium similarium, facta, meritò quatuor primarum qualitatum, inter se agentium, ac patientium; primò, & per se manifestè operationes offendens: dictum fuit, morbum in intemperie esse constitutionem prętèr naturam, vt genus patêret, vnicuiq; speciei commune; additum fuit, partium similarium, ad differentiã morborum, spectantium àd dissimilares; dictum etiã fuit, constitutionem hanc emanâre, â discordia quatuor primarum qualitatum, &c. ad differentiam constitutionis pręter naturã, quę obseruatur in dissimilaribus; non subticuimus tandèm, constitutionem eam, &c. primò, per se, ac manifestè operationes offẽdere; quoniam, id proprium vnicuiq; morbo est: nec morbus censendus est, nisi primò, ac per se, & manifestè operationes lædantur. Est verò, in mala compositione morbus, constitutio paritèr præternaturam, sed dissimilarium, ex mala similarium ortum traducens, compositione, primò ac per se, manifestèq; operationes offendẽs; cuius omnes definitionis particulę, cum satis innotescant ex dictis, dicamus obitèr, quod quatenùs constitutio hæc, respicit constitutionem similarium in gratiam dissimilarium, harumq; in gratiam

C — Morbus in intemperie quid.

D — Morbo cuilibet ꝓpriũ quid. Morbus in mala compoſit. quid.

B gratiam totius corporis, illud determinat morbi genus, ꝙ in soluta dictum est vnitate, vt propterea, morbus hic, si nobis sit definiẽdus, dicendum; constitutionẽ, & hunc prętèr naturã existere, tàm similarium, quã dissimilarium, & totius, à solutione dependẽtem continui, vel à disiunctione totius, vel partium, primò paritèr per se, ac manifestè actiones lædentem; cum.n. vnitę partes, ad inuicẽq; coniunctæ, ordinatæq; ac constitutæ, disiunguntur, dissoluunturq; actiones, & similarium, & dissimilarium totius, vel partis, lędi necessarium est: Quò circa, his hunc in modum constitutis, epilogo concludamus, Intemperiem, morbum esse partium similarium, à F proprio, ac natiuo dissitarum temperamento: Malam conformationem, morbum esse partium organicarum, harum peruertentẽ compositionem, ac ordinem: Solutionemq; vnitatis, cõmune esse vitium, & similarium, & dissimilarium, earum soluẽs vnionem, ac compagem, deq; summis morborum generibus isthęc sufficiant. Quod ad species attinet determinatorum generum, strictã, ac ꝓpriã, vt faciamus doctrinã. Morborum in intemperie species, tot equidèm erunt, quot primę primorum corporũ qualitates, à q̃bus trahunt originẽ (vt dictum) in calida. s. intemperie, frigida, humida, sicca, & proindè quatuor, hæq; simplices; quæ quià nõ rarò cõ- G iunguntur, ex hac cõiunctione, aliæ quatuor, quæ cõpositę dicunť, emanãt; calida nimirùm, & humida: calida, & sicca: frigida, & humida: frigida, & sicca; vt propterea quatuor, simplices, ac quatuor compositę, morborum in intemperie cum sint species, hæ octo sint numero, iuxtà simplicitatem, atq; primarum qualitatum, inter se compositionem: quæ preterea octo morborum in intemperie species, quià esse possunt, cum affluxu materię, vel absq; affluxu; hinc fit, vt quæ sunt absq; materia, immateriales dicantur, quę autèm cum materia, materiales; circa quas hoc adnotandum venit, materiales intemperies, numquàm simplices esse, sed cõpositas, iuxtà H materialis humoris naturã, qui cum intẽperie constiterit, Gal. sic decernente 1. de differ. morb. cap. vlt. Cœterùm intemperies quæcumq; quià esse potest totius, vel partis, totius cum est, eaq; calida, φλόγωσις nuncupať à Græcis, incẽsio à latinis; q̃ si diutiùs ꝑseueret febris dř, ab eisdem, quamuis φλόγωσις nomẽ vnicuiq; cõmune sit intẽperiei; ꝙ si partẽ occupet, ꝓcipueq; caput, ἔγκαυσις, seu ardor dicit, licèt ambustio, & exustio, non ineptè (Gal. auth. lib. de causis morb. cap. 2.) à plerisq; dicať, si verò totũ, à soleq; ꝓcedat, καῦμα etiã dictitať, veluti ab igne πυρακτώσις, incendium. s. atq; ambustio, vti Gal. lib. de differ. morborum cap. 5. diligentèr admonuit, quem locum diutiùs contemplantes, in eã deuenimus sententiam authorem

Morbus in soluta vnitate, quid.

Epilogus essẽtiæ triplicis generis morborum.

Species morborũ in intẽperie simplic. & composita.

Materialis intemperies numquã simplex.

Galeni locus emendatur.

authorem (quisquis fuerit) in versione aberrasse; habēs enim Græcus cōtextus, ὅσαι καὶ τυφωειδεῖς, καὶ πυρατώδεις quemadmodùm eę, quę inflammationes, & incensiones sunt, vertēdum erat; non autèm sicuti eę, quæ squammeæ appellantur, vt transtulit interpræs; ratio autèm est, quià sol, inflammationes facit, eiusq; ardor, inflāmmationes producit non squammas, ignis verò incensionem, & squamnas, vti experientia comprobatum est hiemali tēpore, in quo calefaciētes ad ignē sese homines; squāmas in cruribus, incensionesq; sæpissimè incurrunt. A

Diuersus effectus ignis, & solis in producenda intemperie.

Verumenimuerò intēperies si frigida sit (vt hiemali tempore videre est, in agentib' iter, Germaniam versus, aliasq; frigidissimas regiones) Gal. 3. de tuenda cap. 10 ψυγμοὺς, & ψύξεις alterationes hasce appellat, quales spectatæ sunt in compluribus militibus, post reditum à præsenti Germanię bello, necnō in apoplecticis, epilepticis, tremulis, atq; conuulsis, vt idem author est Gal. lib. de differentijs morborum cap. 5. quo in loco differens de pręfatis morbis, seu affectionibus, quatenùs à frigida dependent intemperie, apertè nobis declarat, quomodò in prædictis symptomatibus, refrigerationes illę consequantur; B

Exiguę mutationes in intemperie humida, & sicca, non depręhenduntur.

sed pertractans paulò infrà, de morbis in intemperie, qui passiuas insectātur qualitates, exiguas in his, inquit, mutationes, non facilè depręhendi posse, magnas verò manifestissimè in membris patere, quę præsertim emoriuntur, & propterea in sphacelo ità exiccari, vt sale conditę partes esse videantur; & contra, quandoq; ità madidas, laxasq; fieri, vt tamquàm aqua manibus nequeant contrectari, quod ossibus (quę alioquin durissima sunt, ac siccissima) vsu euenire affirmat; tandèm reliquarum intemperierum species, quæ adeò sensui manifestæ non sunt, imbecillitates appellantur. C

Imbecillitates quę.

φλεγμονὴ quid sit.

ἐρισίπελας.

In reliquis de intemperie composita cum materia, animaduersione hoc dignum occurrit, quòd in intemperie calida, & humida φλεγμονὴ nuncupata à Græcis, inflammatio continetur à latinis; quæ intemperies calida existens, & humida, cum materiæ sanguineæ affluxu, in tumorum etiam genere collocatur, sicutì, & ἐρισίπελας tàm à Græcis, quàm à latinis dictum, ignisq; vocitatus sacer, qui inflāmatio est calida, & sicca, biliosi humoris insectans naturam; *Cum uerò bilis flaua* (dicebat Actuarius de dignoscendis affec. cap. 29.) *partèm afficit, enascitur quòd ità appellatur* ἐρισίπελας cui oppositus existens tumor, vocitatus οἴδημα siuè etiam à latinis oedema (Galeno referente in sectione trigesima lib. Hyp. de ijs, quę fiunt in med.) tumor est laxus citrà dolorem, factus ab humore pituitoso, cuius refert naturam, ac intemperiem: quam, non vt ampliùs frigidam, & humidam, sed frigidam, D

οἴδημα.

&

E & ſiccam conſequens cancer, & ſcirrus, hunc definiens Galenus in comm. libr. Hyppocrat. de victus ratione in morbis acutis; σκίῤῥος inquit ὁ ἀντίτυπος ὄγκος, καὶ ἀνώδυνος ſcirrus videlicet tumor eſt renitens, ac doloris expers. atq; hæc de ſpeciebus ferè omnibus morborum in intemperie, tâm ſimplici, quâm compoſita, & materiali, & immateriali, originem traducente, ab vnius, vel alterius qualitatis exceſſu; cum humorum tamen affluentium æqualitate, diximus cum æqualitate, quoniàm facillimè fieri poteſt, vt inæqualitèr affluentes humores, phlegmonem eriſipelatodem, œdematodem, atq; ſcirrodem producant, vt, & eryſipela

F phlegmonode, œdematode, atq; ſcirrode; & ſic reliquas tumorum præternaturā ſpecies, œdema. ſ. atq; ſcirrum, illud phlegmonode, eryſipelatode, & ſcirrode producētes, hoc verò nempè ſcirrum, phlegmonodem, eryſipelatodem, & œdematodem; de quibus tumorum principibus ſpeciebus, quoniam mens minus eſt tractationē ordiri, aſsignato quid nominis, eruditisſimo Aduerſarij Collegæ, committemus quid rei; id ſolùm animaduertentes, partes omnes vno, vel altero dentatas tumorum genere, duplici correptas eſſe morbo, in intemperie nimirùm (vt dictum eſt) atq; in mala compoſitione, auctam, reſpiciente magnitudinem.

Compoſita tumorum genera.

Pars tumore affecta laborat duplici morbo, & quo.

G Sed .n. de partium intemperie, tâm ſimplici, quâm compoſita, & cum materia, & aſq; materia hęc conſcripſiſſe ſufficiat; reliquum modò eſſet, vt de totius intemperie, proindeq; febre, aggrederemur contemplationem; Verumenimuerò, quià hanc præcedere videtur generica alia contemplatio morborum, qui à tota dicuntur ſubſtantia; qualis, & de his noſtra fuerit ſententia, obitèr afferemus. Vt igitur, ex præfata manifeſta primarum qualitatum diſcordia, manifeſtum illud morbi genus, quod in intemperie dicitur, dependet; ſic, & ex eorundem occulta ſimplicium corporum diſcordia, aliauè occulta cauſa, rati nos ſemper fuimus, genus

Morbi à tota ſubſtantia vndè fluant.

H alterum morborum effluere, quod ad totam referatur ſubſtantiā: illudq; eſt, quod à proprietate, dicitur. Et quamquàm generis huiuſce morborum, nullam ſit viſus Gal. habuiſſe memoriam, non ob id aſſerendum, non dari: quandoquidem edocens nos Medicinam per indicationes, hæ quoniàm ab occultis non deſumunt; hinc eſt, cur nullā de morbis, à ſubſtantiæ ppríetate, atq; occultis nobis reliquit tractationem; quā tamē inſinuās, Hyp. tex. 1. prog. hæc habuit. ἅμα δὲ, καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τοῖσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. hoc eſt. Simul autē, & ſi quid diuinū, in morbis ineſt et huius pnotionē addiſcere: quāq̃, & de peſtilentib⁹, aëris ſuſcitatis contagio, ſit ibi etiam loquutus Hyp. Sed ad alia.

Morbus à tota ſubſtantia per Hyp. quis.

cum explicatum habeamus, quomodò sanguis naturâ sit calidus, A quomodò temperatus, ac quomodò eorum quæ sunt in corpore, calidissimus: quomodò hircinus, adeò calidus sit, vt ferè comburat, pro capitis conclusione spectandum. Ad hæc, breuibus rem agentes. Excedentem, in corpore calorem in parte, vel in toto, ignem, vt plurimùm appellasse Hyppocratem, sæpè Galenum, nec rarò 2. de anima Arist. qui natiuum etiam calorem, ignem nuncupauit, apud omnes existit compertum: & Gal. 1. de compos. medic. sec. loc. cap. 4. necnon 5. de medic. simpl. facul. volens ostendere medicamentorum acrem, erodentemq; facultatem (qualis hircino indita est adipi.) *Periculosa autem* (inquit) *quodamodò sunt ustoria, quæ si quis paulò negligentiùs adhibeat, bullas excitant, & exulcerant, & aliquantulùm cutem exurunt.* B Hypp. 1. epid. com. 3. tex. 29. cum aliquem ingenti calore, siue febre correptum, significare voluisset, igne correptum esse dicebat. *Hermocratem* (scripsit) 3. de morbis vulg. com. 1. *fuisse igne correptum. Ignis* (com. 21) *Oceati corripuit uxorem. Cleonactidem* (com. 31.) *corripuit ignis erraticè, Adolescentulum, qui in mendacium foro decumbebat, corripuit* (dicebat ibidem) *ignis, ex laxitudinibus. Rigor à superiori uentre, ignis uerò magis ab inferiori prouenit.* 6. de morbis vulgaribus sec. 5. par. 31. admonuêre vtriquè. Ignitum euphorbium lib. de dynamid. appellauit Gal. qui ignita C dictitauit, cum nimis incaluerint, hypocondria: combustionem dixit stomachi, cum hic nimìs fuerit calefactus: ac, vt magìs specificè, cum eodem loquamur 4. aphoris. 37. & 48. internas admonuit, partes corporis, sub ipsa refrigerata cute, in quibusdam acutis febribus, comburi. *In febribus intermittentibus si partes interiores frigidæ, interiores uruntur, ac sitim habeant lethale est,* in aphor. admonuit nec ipsosmet spiritus (quia calidissimi sunt) subticuit, 5. de placitis esse igneos: vt propterea, cum excedentem caliditatem, modò in corpore, modò in medicamentis, comburendi facultatem habere D admonuerit sępè Gal. haud ab huius doctrina, nos recessisse dicēdum, quippè qui (præceptorem insectati) volentes demostrare, supremam hircini sanguinis caliditatem, dixerimus, eum habere vim comburendi. Quòd enim re vera calidissimus sit, tùm sui naturâ, tùm ex admixtione calidorum, ac præcipuè spirituum, quia colligi potest ex dictis, stylum conuertemus ad alia.

Hircinum sanguinem vim habere comburendi.

Ignem, febrē ingentem vocabat Hypp.

Spiritus ignei dictitati ab Hyp.

PROPONITVR, tres esse facultates corpus nostrum dispensantes, Vitalē, Animalē, ac Naturalem; de qua instituta doctrina, decernitur, Generationē, Nutritionem, Auctionēq; indè emanare: ac Nutritionis exorsa tractatione, quid nutritio, sibiq; facultates sint inseruiētes, unà cum modo, quo alimentorum, alito fit assimilatio, clarissimè explanatur. *Cap. XV.*

E CALIDISSIMVM, nè dùm temperatum, & calidum, sanguinem (vt alimentum) esse, & rationib⁹, & authoritatibus, fuit hucvsq; monstratum: De huius itaq; generatione loquens in asser. 34. Aduersarius, dicens. *Et in nobis quousq; ex cibis generatur chilus, ex chilo generantur quatuor humores, uel sanguinem appelles, & sua excrementa, & demùm donèc fiunt concoctiones, attractio, retentio, appositio, & assimilatio, omnes istæ alterationes dicuntur præuiæ dispositiones ad formam introducendam substantialem, quæ educitur de materia in ultimo instanti assimilationis:* huius inuitat nos lectio, vt, & de nutritione, & de assimilatione alimenti cum alito, repetamus nonnulla.

Asser. 34.

F Explosa igitur in primis, ea sẽtentia, quâ substinet doctus vir substantialẽ formam partium nostri corporis, educi de materia alimentali, in vltimo instanti assimilationis: De nutritione, volentes differere, hinc altius cum Gal. desumemus, exordium.

Refellitur assert prędictæ particula.

Tres cum sint facultates, corpus nostrum dispensantes, Naturalis, Vitalis, ac Animalis, in effectione, dignitate, ac situ, instrumentisq; differentes (nàm alia operatur naturalis, alia vitalis, & alia adhùc animalis:) In cœrebro etenim ꝑ neruos, hæc in omnes partes sensu, & motu voluntario prǽditas delata, est summa; Vitalis in corde per arterias, in vniuersum corpus G distributa, est media; Et naturalis in hepate, per venas cum naturali spiritu, & sanguine, in totum corpus sparsa, infima. Vndè nutritio scaturiat videndum, scire igit̃ expedit, quòd cum naturalis facultas, in viuente corpore illa sit, quæ generando, nutriendo, augendoq; corpori præest, proindeq; eius opera sint generare, nutrire, & augere, & generatio, & nutritio, & auctio indè scaturiet.

Tres esse facultates nostrum corpus dispensantes.

Naturalis facultas, quę.

Est verò generatrix facultas, quæ ad nouam substantiam, & formam perducit, singularumq; corporis partium structuram, decenti ordine effingit, certo numero, legitimaq; magnitudine disponit; H quæ omnia, & per alteratricem, & formatricem accommodat.

Generatrix facultas, quæ.

est autèm alteratrix, quæ semen, ac sanguinem, subiectam proindè generationis materiam immutat, ac partium suppeditat substantiam; formatrix verò vis illa, in semine insita, à membris deriuata, quæ figuram, situm, conformationem, compositionemq; in toto ac partibus effingit.

Alteratrix quæ.

Formatrix, quę.

Nutrix facultas, quæ generatrici succedit, ob perpetuam humani corporis, ab agente calore dissolutionem. ea vis est, quæ assumptum alimentum in corporis substantiam, conuertit, eiq; assimilat; ità vt velutì generatrix versatur, circa commutationem materiei, quæ fit ad nouæ substantiæ per se, ac simplicitèr productionem; ità nutrix, circa alimenti commutationem, atquè assimilationem: vt productionem: vt propterea nutritio nil aliud sit,

Nutrix facultas, quę

D 3 quàm

Nutritio quid,& quō fiat. quàm trasmutatio alimenti in ſubſtantiam nutriti, facta in corpore viuente, vſq; ad extremum vitę, à facultate alteratrice, cui inſeruiunt attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix, mediante calore naturali, ac proprio omnium partium corporis, propter vitæ indiuidualis cōſeruationem, hęc nutritionis abſoluta numeris omnibus ſit definitio: quam ſi animaduertiſſet vir prudens, meherclè, haud literis commendaſſet, ſubſtantialem formam educi, de materia alimentali, in vltimo inſtanti asſimilationis, nàm eſt nutritio motus, ad ſubſtantiam quidèm, ſed alteri iam per ſe conſiſtenti, adhærentem: atq; in hoc præcipuè à generatione differt nutritio, quandoquidèm hæc trasmutatio eſt, quę in ipſamet ſubſtātia iam facta, erat, illa verò trāſmutatio, ad nouam ſubſtantiam. Contra aduerſarium. Nutritio quid ſit. A B

Attractrix facultas, quę. Retentrix. Coctrix. Expultrix. Cœterùm inſeruiētes nutritioni facultates cum ſint numero quatuor, circa ſingulas diſcurrendum. eſt ergo attractrix; ordine prima, vis humani corporis partibus omnibus inſita, familiare ſibi attrahendi alimentum; Retentrix, quæ id ipſum, quod attractum eſt retinet, donèc facta eſt concoctio, quæ alterando, & asſimilando procedens; id quod attractum, retentumq; eſt concoquit, in qua cōctione, quia plura inepta ſunt vt in ſubſtantiam nutriti poſſint conuerti, ad hoc vt asſimilentur ei, hinc facultas orta eſt expultrix, quæ, quod qualitate, & quantitate moleſtat expellit; atq; hæ pręuię illæ ſunt diſpoſitiones, tactę ab Apologiæ profeſſore, antequàm vera alimenti, cum alito fiat asſimilatio; quam præcedēs adhùc appoſitrix, & agglutinatrix facultas, hęc ea eſt, quę ſuccum parti alēdę appoſitum, agglutinat, atq; appingit, illa verò, ſeu appoſitrix, quæ ſanguinem in rorem, alendæ parti familiarem cōuertit: quas duas facultates, asſimilatrix (quæ alimentum per ſingulas corporis partes effuſum, appoſitum, & agglutinatum, & ſubſtantia, & colore, in partium ſingularum alimentum immutat) inſectans; in huius celebratione, ipſa abſoluitur nutritio, membrūq; nutritur, cuius ſubſtantialis forma, non educitur in vltimo asſimilationis inſtanti (quià ſic nullum intèr generationem, atq; nutritionem eſſet diſcrimen) ſed conſeruatur, aut reſtauratur, cum ob talem finem fuerit à naturâ excogitata, & facta: quarè asſimilatio ipſa, cum vltima ſit forma nutritionis, quomodò hæc fiat in ſingulis videndum. Appoſitrix & Agglutinatrix facultas, quę. Aſſimilatrix. C D

Diſcrimen inter generationem, & nutritionem. Ad nutritionem igitur faciendam, cum prætèr obiectum, nutriens, requiratur etiam ſubiectum, talę recipiens obiectum, quod eſt corpus; asſimilatio alimenti cum alito erit circa corpus, totum. ſ. atq; partes, dummodò verè viuentes, tàm ſimilares, quàm diſſimilares ſint: de qua asſimilatione loquens Gal. 1. de natural. facult. cap. 10. *Cum actio nutricis* (inquit) *facultatis ſit aſſimilatio,* Aſſimilatio alimenti cum alito qūo fiat. Gal doctr.

E *similatio, nec fieri possit, ut assimilentur, mutenturq; ulla, nisi societatem aliquam, cognationemq; in qualitatibus habeant, idcirco primum quidem, nec quodq; animal, quocumq; cibo nutriri potest* (hęc notet vir doctus) *deinde, nec quibus nutriri potest, ijs utiq; protinus; nam quo pacto ex sanguine os fiet, nisi is prius, & crassetur plurimum, & dealbetur, aut quomodo ex pane gignetur sanguis, nisi, & paulatim deponat alborem, & sensim accipiat ruborem? quippe caro ex sanguine non magno negocio fit; si enim eatenus naturæ opera crassescat, ut constantem substantiam habeat, nec etiam sit fluidus, prima, & recens concreta caro iam existet; at uero ut sanguis, os fiat, longo huic tempore, multo etiam opere, ac mutatione opus est.* Quarè ex

Cōtra aduersarium.

F his Galeni verbis, cum satis superq; constet, alimentorum assimilationem, cum alito, esse circa corpus; atq; in hoc complexionalis, seu accidentalis, substantialisq; insit forma; in qua assimilatio fiat; adhuc contemplatione dignum. Idem Galenus quarto de simplic. medic. facul. cap. 10. apertè scribit, quod quæ simul omnibus qualitatibus conueniunt, hoc est temperamento, ea, tota substantia conuenire dicuntur, quarè assimilationem hanc, atq; conuenientiam, esse in qualitatibus, & forma substantiali, relinquitur; quò fit, vt id ipsum sit nutriri, in eodem scilicet statu, formę conseruari, siuè amplior, siuè minor corporis comparetur moles,

In quibus fiat assimilatio alimēti cū alito.

Nutriri quid sit.

G aut ęqualis retineatur: atq; de nutritione sint satis isthęc, è quibus colligat (si libet) Aduersarius, substantiales corporis nostri formas, non educi ab alimento, sed in proprio statu, conseruari; nutritionemq; non fieri indifferentèr ex omni alimento; Siquidèm Gal. authore, lib. de attenuante vict. ratione cap. 2. olera, quæ frigida sunt, & humida, aquosum gignunt humorem, exemplo ibidem allato de cucurbitis; calida verò, & sicca calfaciunt, & attenuant. quod ipsum confirmans Rasis, 9. ad Almansorem, Hyp. ab oleribus per hiemem abstinendum, (quòd ea refrigerent, & humectent) admonuit pro olerum tamē qualitate, vndè sanguis etiā

Doct. cōtra assert. 34.

H ex lactuca genitus, ex Auicenna (referente Cardano in contradictione 11. tract. 3.) per tempus declinat ad frigidum. De animali facultate, necnon de vitali, quià nulla data est nobis disserendi ansa, omissa contemplatione vtriusq; cum, & vtraq; aliquo pacto fuerit innuta: de spirituum essentia perbreuem operepretium duximus instituere discursum, tanquàm necessarius hic esse videatur, pro totius humani corporis absoluenda fabrica: quippequam ex continentibus, seu solidis, contentis, seu liquidis, nempè humoribus, atq; spiritibus, quos impetentia nuncupauimus, constare prædiximus.

DE spirituum omnium, ad hominis accedentium compositionem, essentia, discrimine, sede, generatione, facultate, necessitateq; βραχιλογία. Cap. XVI. A

MANCA, humani corporis, allata à nobis nè videatur structura; reliquorum post habita tractatione, quæ lõgiorem, quàm institutum exposcit, præsentem reddere poterant, sectionem; de spiritibus dumtaxàt disserendi restat occasio: hanc itaq; absoluentes paucis, à rei exordientes naturâ, ex Gal. 3. de natural. facult. 7. & 6. de vsu partium 2. asserimus, ꝙ spiritus substantia est lucida, ætherea leuissima, ex tenuiori sanguinis producta portione, facultatum omnium vinculum, ac primum functionis obeundæ instrumentum: siuè vt alijs placuit: Spiritus corpus est calidum, tenuissimę, ac leuissimæ substantię, vt ex Gal. (innatũ definiente spiritum 5. de simpl. medicam. facult. & 12. med. Method.) colligit. Corporea etenim moles, cum satìs ponderosa esset, inagilis, & iners ad motum, spiritus necessarius extitit, qui sua pernicitate, celeritateq; ꝑ vniuersam effunderetur; huiusmodi igitur spiritus fuit, qui animæ tamq̃ præcipuum instrumentum inseruiens, ex eo in corporis gratiam, functiones omnes scaturiunt, animalis. s. vitalis, ac naturalis, vndè triplex etiam, eodem insignitus nomine, constitutus est spiritus, Animalis, Vitalis, ac Naturalis, determinatas vnusquisq; possidēs sedes, ac determinatis quicumq; accõmodatus, obeundis muneribus. Cæterùm spirituum antequàm exprimamus essentiam, animaduersione dignum occurrit, duplicē esse spiritum: influentē. s. atq; insitum, hic ille est, qui cum innatus, & infixus etiàm dicitur, ex semine parentum, & influente calido ꝓcreatus, in singulis partibus residet, & inhęret (quemadmodũ textatus Gal. est 5. de simplic. medicam. facult. 9. Influèns autèm ille est, qui ex puriori sanguinis portione, productus, ex visceribus principatum obtinētib', dimanat: differt verò spiritus à fluente humore: quòd humor corpus est liquidum, spiritus verò aërea, ac tenuis (vti ꝑdiximus) substantia; verùm in hoc spiritus conuenire videtur cum ipso calore, quià ab hoc non discernitur, vnaq; eorum est substãtia, licèt ratio ipsa diuersa: cum namq; concoquit, attrahit, retinet, assimilat, &c. rectè natiuus calor à latinis, ἔμφυτος θερμὸς dictitatur à Græcis; cum verò palpitat, mouet, naturalis spiritus nuncupat̃; sic. n. Gal. 8. de Hyppocratis, & Platonis decretis, & in libro de tremore, & palpitatione conscripsit, à quo minùs differēs Ioannes Crato, isagogico suo libello (nequaquàm pro Medicinæ tironibus aspernãdo) spiritum adnotauit substantiam esse aëream, calidam, & humidam,

[Margin notes: Spiritus definitio. — B — Spiritus in corpore necessitas. — Triplex in corpore fũctio, vndè. — C — Spiritus insitus, qui. — Spiritus influens, qui. — D — Discrimen & conuenientia caloris, & spiritus. — Spiritus essentia.]

E midam, à vi cœlesti cõtemperatam, in semine, & sanguine materno; & non solùm ijs membris, quæ auctioni seruiunt, verùm omnibus humani corporis partibus, insitam. caloriq; innato ità vnitã, vt ab ea magìs cognitione, quã re ipsa possit discerni: quæ omnia, cum bonus Crato esfuratus fuerit à principe Philosophorum 2. de generatione animalium cap. 3. quid de innato spiritu sentiat Philosophus inquirẽdum. In semine igitur, spumosoq; corpore, hunc contineri, elemento stellarum proportione respondere, fœtusq; esse principium, commonefecit Philosophus; à quo discrepãs medicorum coriphæus Gal. non solùm in semine, sed, & in sanguine De spiritu innato Arist. doct.

F mestruo, ac vtrisq; insimùl permixtis in vnum motum, motusquè principium conspirantibus, & cõtineri, & efformari 2. de semine, & 14. de vsu partium mãdauit memoriæ; edocens actiones omnes Cap. 1. & 4. naturales adaugere, qui quidèm spiritus, cum in pueris copiosissimus sit, caliditate symetrus, innati caloris nomine, fuit 1. aphorismorum particula, aphorismo 14. decoratus: deq; insito spiritu, vt per parergon isthæc sint satìs; redeuntes ad influentem, porrò huius cum patescat essentia, generationisq; ex sanguinis tenuioribus portionib9 origo, equidèm, vt innutum est, spiritus hic triplex est, Spiritus influens triplex, & qui

G Animalis, Vitalis, ac Naturalis: de quo non est, vt in Galeni doctrina, contendamus, in dubiumq; reuocemus an detur; quandò de hoc ipso, perspicuè loquutus est, tùm 5. de simplic. medicament. facultat. tùm cõment. 15. aphorismi, primæ sectionis aphorismorùm, quibus in locis solida membra hoc spiritu constare affirmat: licèt verò 12. Meth. med. cum de vitali, ac animali orationem instituisset, dixerit, quod si naturalis, quoq; aliquis spiritus est, vtiq; Capite 5. is in iecinore, & venis continetur; vbì non adeò perspicuè videtur fuisse loquutum, locum tamen cum significarit ipsius, eumq; à pdictis diuersum: rationi consentaneum est, vt eius extiterit mens,

H naturalem hunc spiritum dari, quùm hepar inter corporis nostri partes, adnumeretur princeps. Esto igitur naturalem spiritum dari, quandò ad sanguinis crassitiem attenuandam, pro singularum Naturalis spiritus necessitas. omnium partium alimento est necessarius, de hoc discurramus in primis. Illustriores itaq; medicę rei professores, vnanimitèr sensère naturalẽ spiritum, ex aërea defœcatioreq; chyli portione cõfici, quę à spiritu iecori ingenito, vim accipiens, tamquàm in prima officina elaboretur, vt per venas sanguinem, huius vehiculo, in totum corpus suggerat: Nàm hepar in sua fornace maximam sanguinis, & spirituum supellectilem, ad totius corporis alimentum Hepatis munus. conficiens, hoc quià circa hepatis regionem contineri non potest, natura venosum omne genus ad huiusmodi conseruationem construxit;

E EXERCITATIONVM MEDICARVM

SECTIO SECVNDA.

✱

ARGVMENTVM.

F QVID Nostrę Medicinę principes, in ea, quam in superiori sectione pręstitimus, disceptatione, senserint in his; de quibus concertatio orta erat non inutilis, inter ęgregios quosdam viros, & paradoxę conclusionis, authorem in physiologia, definitum est hactenus. Quid itaq; iidem sentiant, in his, quę ad Pathologiam attinent, reliquum est aperire tentemus. Nacta ergo philosophandi occasione, ab his; quę prudentes nonnulli, in arte medica professores, scriptis mandarunt, aduersùs nostra Pathologica in medicina, placita; rerum omnium pręter naturam, morborum .s. causarum, atq; symptomatum, afferemus in pręsenti essentiam: diuisioneq; ac subdiuisione eorundem allata, fluxionum penè omnium, quibus aluus tentatur, clara, atq; dilucida apparebit tractatio.

G *MORBI Inter res pratèr naturam allata definitione, explicatione, atq; subiecto: tria suprema morborum genera, in intemperie, mala compositione, & solutione unitatis, innotescunt.* *Cap. I.*

FIRMAM, solidam, ac veritati consonam, exposcentib⁹, à nobis viris nonnullis doctis, in pathologia, doctrinam; iam nostras esse partes animaduertimus, de ijs præsentem orationem ordiri, quæ principem in allata medicinæ parte, obtinent locum: huiusmodi autèm, cum sit morbus, morbi causa, & symptoma, iniuitat sententiæ

H nostrę impugnator, vt quid vtrumq; sit, aperire tentemus. A Gal. igr, non recedentes (quò in singulis fiat satis assertioni 96. asserenti communitèr, & largo modo morbum, atq; symptomata nos accepisse) Morbus ex lib. de diff. sympt. 1. ἡ νόσος appellatus à Gręcis εἴρηται κατάστασίς τις οὖσα παρὰ φύσιν, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. *Morbus s. dicitur constitutio quadam existens præternaturam, à qua actio læditur primum*; quam eandem definitionem, cum alibi millies confirmarit Gal. breuitati intenti: adnotandum, quòd morbum, siuè constitutionem dicas, aut affectum, structuram, statum, vel dispositionem, nihil intererit; dummodò vna, vel altera præternaturam sit, & ità permanens, vt remota etiam causa, maneat; nec vnà cum illa auferatur: generis ergo locus Galeni

Morbi defin. ex Gal.

in

Morbus reponitur in prędicamēto qualitatis.

in data definitione poſſidebit vox illa, *Conſtitutio* (morbum in qua- A
litatis prædicamento reponens, nàm, & διάθεσις appellatur à Græ-
cis) differentiæ verò, vox ſequens (*præternaturam*) ad differentiam
.ſ. ſanitatis, quę eſt conſtitutio ſecundùm naturam. Cæterùm quià
omnis corporis affectus, qui à naturali ſtatu receſsit, vel morbus,
eſt, vel morbi cauſa, vel morbi ſymptoma, vt diſcrimen conſtaret,
inter hos ipſos affectus, addita à Gal. eſt altera particula, in qua di-
xit, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως .i. *à qua actio læditur primum*,

Qui morbum optimè definiant.

Cum dicitur morbus (ſcripſit Gal. lib. de different. ſymp. cap. 1.) *eſt*
corporis affectus, qui actionem impediat, ijs, qui ſtatim ſubaudiunt, quòd pri-
mùm, & ex ſe id facit, ſufficiens eſt definitio. Quid itaq; morbus ſit, B
pateſcit, quò ad ſubiectum; hoc nuper innutum fuit, eſſe corpus,
cuius conſtitutio, cùm triplex ſit, ex partibus ſimilaribus prima,
ex diſſimilarib⁹ ſecunda, ac ex vtriſq; commixtis tertia, has ipſas,
morbi eſſe ſubiectum (quatenùs, ad vnius corporis concurrunt
ſtructuram) ex eiſdemq; partibus, tria ſumma prima morborum

Morbus eſt accidens.

oriri genera, hinc ſatìs conſtabit. Morbus cùm accidens ſit, & ꝓ-
pterea alicui ſempèr inhęreat; iuxtà ſubiecti, cui inhęret varietatē,
varietas ſummorum generū emanabit morborum : quarè partes,
ſeu ſubiectum, cui inhærent morbi vniuerſi, cum ſint ſimilaria mē-
bra, diſſimilaria, ac ex vtriſq; mixta; & in ſimilarib⁹, & in diſſimi- C
laribus, ac in vtriſq; morbus conſtiterit: in ſimilaribus quidèm,

Triplicis generis morborum ſubiectum quale.

morbus in intemperie; in diſſimilaribus, morbus in mala com-
poſitione, ſeu etiam conformatione: ac in vtriſq; morbus voca-
tus in ſoluta vnitate. Etenim humanum corpus, in prima ſui
conſtitutione (ſingulorum generum rationem, vt afferamus, &
cauſam) cum conſtet ex elementis, non immediatè, vt ſuperior
commoſtrauit ſectio, ſed mediatè, mediante inquam ſemine, ac
ſanguine, in quo quatuor primorum corporum deliteſcunt quali-
tates, necnon ſubſtantiæ; quoniam, ex Galeno libro de differen- D
tijs morborum cap.3. prima corporis conſtitutio, ex partibus eſt

Prima corporis conſtitutio ex ſimilaribus.

ſimilaribus, & partes ſimilares ex primis conſtant elementis, ſeu
horum virtutibus (vtì Auerroës in Paraphraſi ſecundi de parti-
bus animalium luculentèr textatus eſt) ratio expoſcit quæcum-
què ad ſimilares has partes, genus morbi ſpectare in intempe-
rie; quandò ex elementorum virtutibus, non aliud inſurgat, quàm
temperies, vel in temperie conſtitutio, quæ ſi fuerit naturalis, ſa-
nitatem in ſimilaribus producit, ſi pretèrnaturam, morbum,

Vndè ſanitas, & morbus.

conſtitutionem appellatum in intemperie pretèr naturam: hancq;
veritatem, medicorum cognoſcens coriphæus noſter Galenus,
hic libro de Differentijs Morborum, capite quarto, perquirens
morborum

E morborum summa genera, ac differentias. *Age igitur* (inquit) *sint prima elementa numero quatuor calidum, frigidum, humidum, & siccum, quibus inuicèm moderatè cõfusis, sanum fit animal, immoderatè uerò ægrum, erunt consequio ægritudines quatuor, prima caliditas, quæ naturalem excesserit symmetriam, secunda frigiditas, tertia humiditas, & quarta siccitas: Hi sunt iuxtà secundam suppositionem, morbi uniuersi earum partium, quæ similares appellantur*. atq; hucvsq; Gal. à quò princeps etiam non recedens philosophorum Aristoteles, decernens hic 2. de anima tex. 143. & 7. physicorum tex. com. 17. sanitatem esse symmetriam, ac proportionem, quatuor primarum qualitatum, decernit etiam, quod F si hæc dissoluat, ità vt, noxa actionibus inferatur, hic iam morbus est, qui excessu primarum fit qualitatum, quę natiuam illam temperiem vitiant, vndè, & morbus dicit in intemperie. Quòd spectat ad alterum dissimilarium morbi genus, in mala compositione vocatum, hoc certè adeò proprium est organicarum, dissimilariumq; partium, vt similarium illud: Nàm vox ea constitutio, cum nil aliud sonet (quemadmodùm nos docuit Arist. 5. Metaph. 19. & 20.) quàm partium, ex quibus aliquod compositum est coordinationem, ob quam malè, vel benè illud constitutum dicitur: quotiescumq; mala in dissimilarbus obseruatur hæc constitutio (quæ G quidèm obseuari solet, in magnitudine, figura, numero, inconuenientiq; situ) tunc morbus in mala compositione, eas ipsas compræhendit: sicutì enim, ex compositione, seu coordinatione similarium partium, ex ipsis elementorum virtutibus sanitas oritur, vel ægritudo, sic ex dissimilarium, organicarumq; ex similaribus compositione, vtraq; ducit originem, sanitas quidèm, ex bona naturaliq; compositione, ægritudoq; ex mala, ac prætèr naturam. De altero genere morborum in soluta vnitate, hoc decernendum, spectare. s. hoc ipsum ad similares, dissimilaresq; insimùl cõmixtas partes, eâdem lege, qua morbus in intemperie ad similares, in H mala autèm compositione ad dissimilares, ex necessitate reducitur. *Tertia namq;* (dicebat Gal. corporis constitutio lib. de differentijs morborum cap. 30.) *cum ea sit, quæ participat constitutione similarium, & dissimilarium, consistitq; in utrarumq; unione; nulli dubium, quòd proba hac existente, sanitas, undè actiones scaturiunt procedit, uitiata uerò, morbus ille consurgit, qui in solutione dicitur unitatis, quæ porrò dissoluitur, cum similarium dissimilariumq; inter sese, dissoluitur ad actiones obeundas, pernecessaria continuitas. Vnum tamèn* (morbi genus, scripsit Gal. lib. de differentijs morborum cap. 4. vbì epilogo tria summa morborum genera nobis proposuit) *commune est omnium, & simplicium, & compositorum corporum, siue prima sint instrumenta, siue secunda, siue tertia*

Morbi in intemperie quot ex Gal.

Sanitas ex Arist. quid.

Vox constitutio cõmunis ad similares, & dissimilares.

Morbus in mala compositione vndè fluat.

Morbus in soluta vnitate vndè fluat.

tertia (quæ autem hæc sint, recurratur ad citati capitis lectionem) *quod nunc explicabimus, ad huius uerò inuentionem, uiam nobis præstat, quædam in omnibus dictis particulis natura communis; si quid.n. commune omnibus insit; quatenùs secundùm se habere dicuntur, quod uel usum aliquem, uel actum animalibus largiatur, omninò eo corrupto communis quidem assidet morbus. Sed quidnam hoc, est, quod omnibus commune existat? suarum unicuiq; unitas partium, quæ cum affuerit, causa erit, ut pars quælibet una esse dicatur, unumq; actum, uel usum perficiat, quòd si qua solutio contingat, partis illius erit ægritudo:* ex quibus Galeni verbis, cum tertium, in soluta vnitate, genus colligatur morborum, quid vnumquodq; sit, cum eodem videndum. A B

ALLATA essentia triplicis summi generis morborum, in intemperie, mala compositione, ac soluta unitate, species indagantur penè omnes, primi summi generis in intemperie, morbusq; à tota substantia, à proprietateuè, obitèr demonstratur. Cap. II.

QVID morbus sit, inter res præternaturam, medico in Pathologia considerandas, quod morbi extet subiectum, ac quotuplex supremum ipsius genus, ex Gal. cuius sempèr professi sumus doctrinam (quantum præsens nostrum institutum exposcit) monstratum est satìs; quod itaq; ad essentiam attinet generis vniuscuiúsq;. A rei nō recedentes naturâ, morbus in intemperie constitutio quædam est ꝑtèr naturam, partium similarium, facta, meritò quatuor primarum qualitatum, inter se agentium, ac patientium; primò, & per se manifestè operationes offendens: dictum fuit, morbum in intemperie esse constitutionem pretèr naturam, vt genus patêret, vnicuiq; speciei commune; additum fuit, partium similarium, ad differentiā morborum, spectantium ad dissimilares; dictum etiā fuit, constitutionem hanc emanâre, â discordia quatuor primarum qualitatum, &c. ad differentiam constitutionis pretèr naturā, quę obseruatur in dissimilaribus; non subticuimus tandèm, constitutionem eam, &c. primò, per se, ac manifestè operationes offēdere; quoniam, id proprium vnicuiq; morbo est: nec morbus censendus est, nisi primò, ac per se, & manifestè operationes lædantur. Est verò, in mala compositione morbus, constitutio paritèr præternaturam, sed dissimilarium, ex mala similarium ortum traducens, compositione, primò ac per se, manifestèq; operationes offendēs; cuius omnes definitionis particulę, cum satis innotescant ex dictis, dicamus obitèr, quod quatenùs constitutio hæc, respicit constitutionem similarium in gratiam dissimilarium, harumq; in gratiam C D

Morbus in intemperie quid.

Morbo cuilibet ꝓpriū quid.

Morbus in mala compoīt. quid.

E gratiam totius corporis, illud determinat morbi genus, quod in soluta dictum est vnitate, vt propterea, morbus hic, si nobis sit definiẽdus, dicendum; constitutionẽ, & hunc pręter naturã existere, tàm similarium, quã dissimilarium, & totius, à solutione dependẽtem continui, vel à disiunctione totius, vel partium, primò paritèr per se, ac manifestè actiones lædentem; cum.n. vnitę partes, ad inuicẽq; coniunctæ, ordinatæq; ac constitutæ, disiunguntur, dissoluunturq; actiones, & similarium, & dissimilarium totius, vel partis, lędi necessarium est: Quò circa, his hunc in modum constitutis, epilogo concludamus, Intemperiem, morbum esse partium similarium, à F proprio, ac natiuo dissitarum temperamento: Malam conformationem, morbum esse partium organicarum, harum peruertentẽ compositionem, ac ordinem: Solutionemq; vnitatis, cõmune esse vitium, & similarium, & dissimilarium, earum soluẽs vnionem, ac compagem, deq; summis morborum generibus isthęc sufficiant. Quod ad species attinet determinatorum generum, strictã, ac propriã, vt faciamus doctrinã. Morborum in intemperie species, tot equidèm erunt, quot primę primorum corporũ qualitates, à quibus trahunt originẽ (vt dictum) in calida.s. intemperie, frigida, humida, sicca, & proindè quatuor, hæq; simplices; quæ quià nõ rarò cõ- G iunguntur, ex hac cõiunctione, aliæ quatuor, quæ cõpositę dicunt, emanãt; calida nimirùm, & humida: calida, & sicca: frigida, & humida: frigida, & sicca; vt propterea quatuor, simplices, ac quatuor compositę, morborum in intemperie cum sint species, hæ octo sint numero, iuxtà simplicitatem, atq; primarum qualitatum, inter se compositionem: quæ preterea octo morborum in intemperie species, quià esse possunt, cum affluxu materię, vel absq; affluxu; hinc fit, vt quæ sunt absq; materia, immateriales dicantur, quę autèm cum materia, materiales; circa quas hoc adnotandum venit, materiales intemperies, numquàm simplices esse, sed cõpositas, iuxtà H materialis humoris naturã, qui cum intẽperie constiterit, Gal. sic decernente 1. de differ. morb. cap. vlt. Cœterùm intemperies quæcumq; quià esse potest totius, vel partis, totius cum est, eaq; calida, φλόγωσις nuncupat̃ à Græcis, incẽsio à latinis; q̃ si diutiùs pseueret febris dr̃, ab eisdem, quamuis φλόγωσις nomẽ vnicuiq; cõmune sit intẽperiei; quod si partẽ occupet, pcipueq; caput, ἔγκαυσις, seu ardor dicit̃, licèt ambustio, & exustio, non ineptè (Gal. auth. lib. de causis morb. cap. 2.) à plerisq; dicat̃, si verò totũ, à soleq; pcedat, καῦμα etiã dictitat̃, veluti ab igne πυρακτώσις, incendium.s. atq; ambustio, vtì Gal. lib. de differ. morborum cap. 5. diligentèr admonuit, quem locum diutiùs contemplantes, in eã deuenimus sententiam authorem

Morbus in soluta vnitate, quid.

Epilogus effentiæ triplicis generis morborum.

Species morborũ in intẽperie simplic. & compositæ.

Materialis intemperies numquã simplex.

Galeni locus emendatur.

authorem (quisquis fuerit) in versione aberrasse; habes enim Græcus cōtextus, δ.αι καὶ αἱ τύφωειδεῖς, καὶ πυρατώδεῖς quemadmodùm eę, quę inflammationes, & incensiones. s. sunt, vertēdum erat; non autem sicuti eę, quæ squammeæ appellantur, vt trāstulit interpræs; ratio autem est, quia sol, inflammationes facit, eiusq; ardor, inflammationes producit non squammas, ignis verò incensionem, & squammas, vti experientia comprobatum est hiemali A

Diuersus effectus ignis, & solis in producenda intemperie.

tēpore, in quo calefaciētes ad ignē sese homines, squāmas in cruribus, incensionesq; sæpissimè incurrunt. Verumenimuerò intemperies si frigida sit (vt hiemali tempore videre est, in agentib' iter, Germaniam versus, aliasq; frigidissimas regiones) Gal. 3. de tuenda cap. 10 ψυγμὰς, & ψύξεις alterationes hasce appellat, quales spectatæ sunt in compluribus militibus, post reditum à præsenti Germanię bello, necnō in apoplecticis, epilepticis, tremulis, atq; conuulsis, vt idem author est Gal. lib. de differentijs morborum cap. 5. quo in loco differens de pręfatis morbis, seu affectionibus, quatenùs à frigida dependent intemperie, apertè nobis declarat, quomodò in prędictis symptomatibus, refrigerationes illę consequantur; sed pertractans paulò infrà, de morbis in intemperie, B

Exiguę mutationes in intemperie humida, & sicca, non depręhenduntur.

qui passiuas insectātur qualitates, exiguas in his, inquit, mutationes, non facilè depręhendi posse, magnas verò manifestissimè in membris patere, quę præsertim emoriuntur, & propterea in sphacelo ità exiccari, vt sale conditę partes esse videantur; & contra, quandoq; ità madidas, laxasq; fieri, vt tamquàm aqua manibus nequeant contrectari, quod ossibus (quę alioquin durissima sunt, ac siccissima) vsu euenire affirmat; tandèm reliquarum intemperierum species, quæ adeò sensui manifestæ non sunt, imbecillitates appellantur. In reliquis de intemperie composita cum materia, animaduersione hoc dignum occurrit; quod in intemperie calida, & humida φλεγμονὴ nuncupata à Græcis, inflammatio continetur à latinis; quæ intemperies calida existens, & humida, cum materiæ sanguineæ affluxu, in tumorum etiam genere collocatur, sicuti, & ἐρυσίπελας tàm à Græcis, quàm à latinis dictum, ignisq; vocitatus sacer, qui inflāmatio est calida, & sicca, biliosi humoris insectans naturam; *Cum verò bilis flaua* (dicebat Actuarius de dignoscendis affec. cap. 29.) *partem afficit, enascitur quòd ità appellatur* ἐρυσίπελας cui oppositus existens tumor, vocitatus οἴδημα siuè etiam à latinis oedema (Galeno referente in sectione trigesima lib. Hyp. de ijs, quę fiunt in med.) tumor est laxus citrà dolorem, factus ab humore pituitoso, cuius refert naturam, ac intemperiem: quam, non vt ampliùs frigidam, & humidam, sed frigidam, C

Imbecillitates quę.

φλεγμονὴ quid sit.

ἐρυσίπελας.

οἴδημα.

D

&

E & siccam consequens cancer, & scirrus, hunc definiens Galenus in comm. libr. Hyppocrat. de victus ratione in morbis acutis, σκίῤῥος inquit ὁ ἀντίτυπος ὄγκος, καὶ ἀνώδυνος scirrus videlicet tumor est renitens, ac doloris expers. atq; hæc de speciebus ferè omnibus morborum in intemperie, tàm simplici, quàm composita, & materiali, & immateriali, originem traducente; ab vnius, vel alterius qualitatis excessu; cum humorum tamen affluentium æqualitate, diximus cum æqualitate, quoniàm facillimè fieri potest, vt inæqualitèr affluentes humores, phlegmonem erisipelatodem, œdematodem, atq; scirrodem producant, vt, & erysipela F phlegmonode, œdematode, atq; scirrode; & sic reliquas tumorum preternaturā species, œdema .s. atq; scirrum, illud phlegmonode, erysipelatode, & scirrode producētes, hoc verò nempè scirrum, phlegmonodem, erysipelatodem, & œdematodem; de quibus tumorum principibus speciebus, quoniam mens minùs est tractationē ordiri, assignato quid nominis, eruditissimo Aduersarij Collegæ, committemus quid rei; id solùm animaduertentes, partes omnes vno, vel altero dentatas tumorum genere, duplici correptas esse morbo, in intemperie nimirùm (vt dictum est) atq; in mala compositione, auctam, respiciente magnitudinem.

Composita tumorum genera.

Pars tumore affecta laborat duplici morbo, & quo.

G Sed .n. de partium intemperie, tàm simplici, quàm composita, & cum materia, & asq; materia hęc conscripsisse sufficiat; reliquum modò esset, vt de totius intemperie, proindeq; febre, aggrederemur contemplationem; Verumenimuerò, quià hanc præcedere videtur generica alia contemplatio morborum, qui à tota dicuntur substantia; qualis, & de his nostra fuerit sententia, obitèr afferemus. Vt igitur, ex prefata manifesta primarum qualitatum discordia, manifestum illud morbi genus, quod in intemperie dicitur, dependet; sic, & ex eorundem occulta simplicium corporum discordia, aliauè occulta causa, rati nos semper fuimus, genus H alterum morborum effluere, quod ad totam referatur substantiā: illudq; est, quod à proprietate, dicitur. Et quamquàm generis huiusce morborum, nullam sit visus Gal. habuisse memoriam, non ob id asserendum, non dari: quandoquidèm edocens nos Medicinam per indicationes, hæ quoniàm ab occultis non desumunt; hinc est, cur nullā de morbis, à substantiæ ꝓprietate, atq; occultis nobis reliquit tractationem; quā tamē insinuās Hyp. tex. 1. prog. hæc habuit. ἅμα δὲ, καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τοῖσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. hoc est. Simul autē, & si quid diuinū, in morbis inest et huius ꝓnotionē addiscere: quāq̄, & de pestilent. b⁹, aëris suscitatis contagio, sit ibi etiam loquutus Hyp. Sed ad alia.

Morbi à tota substantia vndè fluant.

Morbus à tota substantia per Hyp. quis.

MORBORVM in intemperie totius, ac proindè febrium omnium, summis allatis generibus; species, indagantur prioris ad spirituale spectantes. Cap. III. A

INTEGRAM, atq; perfectam (quò ad præsens institutum exposcit) facientes Pathologiam: allatis summis morborum generibus; species tractandæ se offerunt. A febre igitur, quę species est morbi, in totius intemperie capientes exordium; cum satis superq; pateat, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, πυρετὸν, febrem dictam esse à Græcis, a feruore autem à latinis. (Vndè optimo iure, doctus Auicenpas 1. fen 4. trac. 1. cap. 1. febrem definiens. *Febris* (dixit) *est calor extraneus, accensus in corde, & procedens ab eo mediantibus spiritu, & sanguine per uenas, & arterias in totum corpus inflammatur in eo, inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus.*) Primæ febrium differentiæ tres extant. Spirituales, Humorales, ac fixæ, siuè hecticæ. Cum etenim Hypp. authore Galenoq; passìm τοῦτ᾽ ἔστιν αὐτῶ τῶν πυρετῶν εἶναι, τὸ θερμασίαν ἔχειν καπνώδη. hoc est. *ipsi febri essentia sit* (vt verbum verbo reddamus) *calorem habere igneum*. si calor accendatur in spiritibus, spiritualis producitur, si in humoribus, Humoralis; si in solidis, fixa, vel hectica, à voce ἕξις, quæ habitum significat, ducta nomenclatura, propagatur. Atq; hę primę differentiæ febrium censentur. *Quæ uerò* (dicebat Gal. 1. de different. feb. 1.) *à materia, differentiæ sumuntur, in qua hic calor pratèr naturam accenditur, maximè propriæ sunt.* Est verò spiritualis febris, ab huius definitione, vt sumamus exordium, extraneus, & ipsa calor, accensus in spiritib⁹, qui sunt in corde, à quo, spiritu mediante, & sanguine, totum incalescens corpus, actiones læduntur: dictum fuit, calorem esse extraneum, quia ad hunc, febres omnes, vt ad genus commune reducuntur; qua in re, scitu dignum occurrit, in spiritualibus, calorem haud tantùm esse extraneum, vt à toto genere sit pratèr naturam; quemadmodũ ex vrinis, facillimè intuet, ac sensus demõstrat, quãdoquidẽ vita cum eo stare non posset, sed eousq; limites transcendere naturę, quousq; vitalis potiùs lædatur facultas, quàm naturalis; vndè fit, vt vrinæ similes sanis conspiciant, & calor quò ad tactum sit mitis, ac blandus: dictum verò fuit, calorem hunc accẽsum esse in spiritibus, ad febrium humoralium, in quibus humores accenduntur, discrimen; necnon hecticarum, in quibus corporis habitus, incalescit. Humoralis febris, calor etiàm est extraneus primùm cordis, deindè totius corporis, dependens ab illius extranei caloris accensione in humoribus, primò, & per se, vitales nõ solùm lædens operationes, sed, & naturales; hæcq; humoralium febrium generis

Lib. de frac. com. 3. sec. 8.

Febris def. ex Auic. B

Proprium febri vnicuiq; quid.

Primæ febrium differentię ex Gal. quę C

Febris spiritualis defin.

F.b. spiritual. calor quis. D

Febris humoralis definitio.

E generis, ſit definitio, quam quià pauci definire tentârunt (nàm putridarium dumtaxàt genus, in humoralibus, vt primum omnes agnouêrunt) non ſit ab re, paululùm in definitione inſiſtere. diximus igiť humoralem febrem, calorem eſſe extraneum, tùm quià, calor hic, genus omnibus eſt, in humano corpore commune, ſtatutis febribus, tùm quià definiendum cum nobis eſſet accidens, ea vox in definitione ſtat loco formæ: additum fuit primùm cordis, deindè totius corporis, ad ſignificandum ſubiectum, cui inhęret definitum accidens; non ſubticuimus extraneum hunc calorem, & cordis, & totius corporis, dependêre ex accenſione extranei caloris, in humorib⁹ magna vt pateſceret differentia, inter ſpirituales, in quibus ſpiritus accenduntur, ac hecticas, in quibus ſolida; ad quarum tamèn febrium differentiam, ſpiritualiumq; pręcipuè, diximus actiones non ſolùm lędi vitales, ſed, & naturales, vtì vltima particula, allatæ definitionis expręſſit; vndè fit, vt in vrinis, quę affectiones arguunt venoſi generis, & proindè humoralis maſſę alterationem, tàm varia, iuxtà propriam determinatamq; ſpeciem inſpectetur, in colore, ſubſtantia, atq; contentis, varietas. Hectica febris, ſiuè hecticarum febrium genus, illud eſt, quod ſolidas animalis occupat partes οὕτω γὰρ εἰώθασιν ὀνομάζειν τὰ στερεὰ,
G τοῖς ὑγροῖς ἀντιδιαιρούμενοι 1. de differentijs febrium cap. 7. dicebat Gal. hoc eſt, ità enìm conſueuêrunt vocare ſolidas partes, humidis ex aduerſo diſtinguentes: hecticas verò febres appellârunt, vel q̃m firmæ, ac ſolutu difficiles ſunt, quemadmodùm habitus, aut quoniam ipſum corporis habitum compræhendunt; ità vt, ſi nobis genus hoc febrium definiendum ſit; dicendum, hecticam febrem, nõ ſolùm calorem eſſe extraneum, ſed, & intemperiem calidam, & ſiccam, vel cum caliditate extranea, etiam ſiccitatem morboſam exiſtere, primũ cordis, deinde totius corporis, iuxtà ſolidas vtriuſq; partes, quæ intemperies dependẽs, ab immodico earundem
H feruore, ſubſtantialem depaſcente humiditatem, primò ac per ſe, ad inſtàr morborum omnium, actiones offendit: quæ definitio, cũ ſatis pateſcat ex dictis, ſatius nunc iam ſit, ſpecies generis cuiuſquè indagâre. A ſpiritualibus igitur ſumentes exordium, ſeruantur tamquâm ſub genere ſpecies, & diaria quæcumquè, & ſinochus nuncupata, non putris; de diaria, quia manifeſta res eſt, quomodò ad ſpiritualium genus reducenda ſit ſynochus, cum Galeno monſtremus. Eſto itaquè per ſynochum (de imputri loquimur) intelligendam eſſe febrem, quæ non magnam mutationem habet, quæq; inflatiua dr̃ à nonnullis practicis cum inflationem quamdam ægri manifeſtam percipere videantur, & in qua

Febribus omnibus quid commune.

In feb. humoral. quę actiones lędantur.

Febris hecticę def.

Febris hectica cur intemperies calida, & ſicca.

Febr ſpiritual. ſpecies.

Febris ſynochus, q.

vna accesſio ab initio ad finem, in multos dies porrigitur. Synochum Gal. 9 Meth. cap. 1. extenſam, & plurium dierum appellauit ephemeram, & 1. de differētijs febrium, ephemeram, non putrem ſynochum dictitauit: ratio autem inde ex eodem dependet, quòd prima cauſa, & ephemeræ, & non putris ſynochi, tenuior ſanguinis accēſa exiſtit, portio: quā verò tenuior ſanguinis portio, quid aliud, præter ſpiritus? hanc veritatem confirmantes illuſtres rei medicæ profeſſores, inter hos, vnus excellentiſsimus Mercurialis dicere ſolebat, in ſynocho, nō ſolùm ſanguinem ipſum incaleſcere, ſed ſpiritus cum eodem inflammari: & Laurentius Ioubertus, tribus prioribus ſuæ medicinę practicæ libris capitibus 2. & 3. ſynochum cōſcripſit, ex ſanguine inflammato (cuius pars tenuisſima flagrat, quam ſpiritum nuncupare posſis) oriri; Quo circà cum, & in ephemera, & in ſynocho ſpiritus inflammentur (quicquid alij dicant) è ſpiritualium genere, ſi nō nomine, ſaltim re, ſynochus extiterit febris; quòd ſi nunc eâdem hac ratione, qua ſpiritus inflā-mātur, à naturali q; dimouentur ſede, decernere velimus, febrem, quę in vera peſte, ex aëris maligna conſtitutione producta, ſpectatur, de genere eſſe ſpiritualium, medica forſàn hæc eſſet doctrina; quandò per ſupremum receſſum ſpirituum, à ſuo naturali ſtatu, febris hæc vnò interficiat die: Triplici igitur ſtante hac ſpiritualium febrium ſpecie, Diaria, ſ. vera, ſynocho non putri, vera quò ad rem, ac verè peſtilenti, ex ſpirituum alteratione, vocata, quid vnaquęq; ſit inquirendum. Ad hæc, Diaria à latinis nuncupata febris, ἐφήμερος dicta à Gręcis, eo quod diei vnius, aut paulò diutiùs perduret ſpatium, eſt Alexandro Tralliano lib. 12. cap. 2. auth. necnon Gal. paſsìm, calida intemperies, ipſorum ſpirituum vitalium influentium, ortum traducens ab aliqua præcedenti cauſa, vitales primò, ac per ſe offendens operationes; dictum à nobis eſt, Diariam febrē, eſſe intemperiem calidam, quià hoc febrium omnium extat caracter; additum fuit, hanc intemperiem eſſe ſpirituum vitalium influentium, tùm ad differentiam humoralium, fixarumq; tum aliorū ſpirituum, forma nāq; ephemeræ febris, ſtat Gal. authore 2. de cryſibus vltimo, in accenſione vitalium ſpirituum. cauſam expresſimus febris huius, præcedentem, exiſtere; quoniam, vt Gal. ipſemet textatus eſt, 1. de differentijs febrium 7. hoc præcipuum ephemerarum inditium febrium eſt, ab aliqua incipere recenti cauſa, ac manifeſta, quæ ante præceſſerit, quam omnes medici iuniores, vſitato vocabulo, procatarcticam, ſiue præincipientem appellant: conſcripſimus tandèm intemperiem hanc reſpicere ſpiritus vitales influentes, ad diſcrimen implantatorum; particulæ

Illuſtrium virorum ſententia de ſynocho.

Febris vera peſtilens de genere ſpiritual.

Febris Diaria, quæ.

Febris Diaria quas lędat actionis.

Febrium ephemerarum inditium.

E particulæ aliæ cum innotescant, accedamus ad synochum: Est igitur febris hęc, & ipsa calida cordis intemperies, excitata à spirituum, qui in sanguine continentur inflammatione, à qua calefacto etiam corpore, ad quintum, & sextum vsq; diem, vitales præsertim offendens operationes, absq; vlla mutatione procedit: in qua definitione, quia plures ex declaratione præcedentis, innotescunt particulæ; dicamus in gratiam discriminis synochi, ab ipsa verè nomine, ac re ephemera; dixisse, addidisseq; in synocho, inflammari spiritus, qui continentur in sanguine, quià in ephemera corporis humani partes, à causis incalescunt externis, quibus calefactis, ab his calefiunt vicinæ, hìnc aliæ cordi propinquę, quousq; calefacto corde, influentes accendantur spiritus, per vniuersumq; corpus, quo dictum est modo, dispergantur, ac dissipentur: In synocho autèm, ipsimet sunt spiritus qui inflammantur, & accenduntur, non ab aliqua externa causa, sed obstructione, absq; putredine, existente in corpore; quò forsàn factum est, vt febrem ex oppilatione, synochum prima 4. tract. 1. cap. 33. appellarit Auicennas. Synochi species triplex est, iuxtà maiorem, aut minorem spirituum ad cor eleuationem, ac dissipationem: si etenim in hac eleuatione spirituum hi sempèr dissipentur, mòdicaq; in dies magis sit eleuatio, vna insurgit species (si tali facilioris doctrinæ gratia cohonestanda est nomine) quę paracmastica, & à Græcis, & à latinis dicitur, quamquàm decrescens rectiùs, à latinis dictitaretur. cum decrescendo sempèr procedat, hæcquè ea est, quæ, & nomine, & re ad ephemerum magis accedit. Quòd si in eadem eleuatione spirituum, ij non dissipentur, sed maior sit eleuatio, quàm dissipatio, species altera, huic opposita producitur, Acmastica, siuè accrescens, eoquod accrescendo, & augendo procedat nuncupata, ad extremumq; suæ durationis diem, semper pugnet. Quòd demùm si eleuatio eadem semper fiat, ità vt cor eodem assiduè modo afficiatur, à spirituum accẽsorum, ab ipso sanguine, eleuatione; media oboritur inter extremam vtramq; speciem, febris; quæ homotona est dicta, eundem quippequæ, tonum sempèr seruet ac rithmum, atquè de imputri synocho, vt sub spiritualium genere asseruatur, hæc adnotasse sufficiat. Accedit nunc, altera spiritualium febrium species contemplanda, ac pestilens nuncupatur diaria, quę cum ortum traducat, ex spirituum vitalium, ab venenato aëre contaminatione, iure inter spirituales reponetur à nobis, qui disserturi de pestilentialibus, & veris, & minus veris febribus omnibus, in harum tractatione, dissertioneq; quæ diarię pestilentis extet essentia, vnico apparebit intuitu: Dif-

F, G, H (margin letters)

Febris synochus, q. — Synochi discrimen ab ephemera. — Febris ex oppilatione Auicẽnę. — Συνόχων species. Παρακμαστική. — Ακμαστικὴ καὶ Αναβατική. — Ομότονος. — Febris pestilens diaria.

ficultas tollenda est modò, ab vno dumtaxàt nostræ tempestatis commota, excellenti rei medicæ professore, Simone Simonio in sua de Naturâ humoralium febrium, synopsi, vbi (data occasione) accusans de incuria Perillustrem, excellentissimumq; virum, bonorũ meorum authorẽ, Hieronymum Mercurialem, laude omni dignissimum, summamq; suam (rebus in omnibus) ob diligentiam, commendabilem; quòd in explanatione quorundam verborũ Hyppocratis, lib. de semine aberrarit; nostras esse partes animaduertimus, quomodò longè magis ipsemet aberrarit, tùm in repræhensione condonata doctissimo Medicorum omnium præceptori, tùm in primis, febrium omnium assignandis differentijs: vtq; exordium capiamus, ab illius maiori incuria, tentante destruere spiritualium febrium, definitum à nobis genus; videamus, quę ad huius destructionem literis commendarit: Habet igitur cap. 8. suę synopseωs. *Ephemeræ uox, temporis indicat terminum, quo uiget febris. contra omnem igitur diuidendi rationem, ephemeram febrem contra putridam, atq; hecticam distinxere, nec profectò minùs supinè sentiunt, qui uolunt purum ipsum spiritum, influentem rem* (dico) *per se aridam, tenuissimam, rarissimamq; quæq; uel sensum ipsum effugit, febrilis ardoris fomitem, & quidèm uiginti quatuor horis esse posse.* In his eius locata manet sententia, quę sanè quantùm sit vana, suiq; indigna, ex Galeno primo de differentijs febrium cap. primo, colligatur apertè. scribit Galenus repræhendens eos, qui fuère superflui, vel defecère, in primis febrium indagandis generibus. *Neq; uerò solùm in diariarum generibus plurimi Medici deliquerunt, uel quià uidelicet superaddentes fuerunt, adeo ut eas etiam quæ nullius usus essent commemorarent, aut quià utiles etiam prætermittendo defecerunt, sed unà etiam in ipsa generum in proprias differentias sectione aberrarunt. statìm enim cum primum, atquè præcipuum diariarum genus, ab ipsius rei diuisæ substantia sumatur, intueri licet medicorum nonnullos, genus hoc pœnitùs præterire, nonnullos uerò, uel superfluos esse in diuisione, uel deficere;* ac pergens Hyppocratis commendare doctrinam, de febrium diuisione, sumpta à propria substantia, nempè à calore, atq; dignotione, ità nostram confirmans, primam febrium omnium diuisionem, inquit. *Quæ uerò, à materia differentiæ sumuntur, in qua, hic calor pratèr naturam accenditur, maximè propriæ sunt. siuè quòd idem calor ipsum cordis corpus occupauerit, siuè quòd eos, qui in eius uentriculis continentur, humores: Reliqua autèm, ac tertia est, post has differentia, cum sola aerea substantia sufficientèr incaluit humores autèm, & solida corpora calescunt quidèm adhuc, nondùm autèm sunt calefacta, nequè enim parùm refert, si calescere dicamus, aut calefactum esse.* Hæc ibi Galenus, à quo, cum explicatum

Refellitur quędam excell. Simonii sent.

Gal. contra Simonium.

Nostrę sententię confirmatio.

E explicatum habeamus, tertiam febrium differentiam esse, cum sola aërea substantia sufficientèr incaluit, non satìs patet, quomodò, ac qua lege destruere velit vir ille spiritualium ipsarum febrium differentiam: licèt namq; diaria, suæ tantùm significet durationis tempus, à quo non conuenit genus præfatũ haurire; attamèn quià in aërea fundatur substantia, sufficientèr incalefacta; hinc est, vt velit nolit, iuxtà Galeni doctrinam (decernentem differentias febrium maximè proprias esse, quæ à materia in qua calor accenditur desumuntur), cogatur affirmare, primum genus febrium esse spirituale, vel diarias, quę ad spirituales reducuntur, *Ratio cõtra Simonium.*
F eiusdem esse speciei. Quòd si dicat vir doctus, *satis supinè eos sentire, qui uolunt purum ipsum spiritum, rem per se aridam tenuissimam, rarissimamq;, quæq; uel sensum ipsum effugit, febrilis ardoris fomitem, & quidèm uiginti quatuor horis esse posse*, respondemus, cum eodem Galeno, spiritus longè magìs febrilis ardoris fomitem esse, quam humores, vel solida; faciliùs enim accenduntur spiritus, quàm humores, vel solida; quam veritatem, cognoscens Galenus 1. illo de differentijs feb. 1. *Facillima (* scribit *) ab humoribus ad spiritum caliditatis transumptio, non æquè autèm promptè, unà cum spiritu accenduntur humores, corpus etiam solidum humoribus, atq; aereæ substantiæ fa-* *Spirituum accensio, facilis.*
G *cilius calor impartitur, quàm ipsum ab eisdem suscipiat; omnis siquidèm substantia tenuis, promptiùs alteratur, quàm crassa, est autem tenuissima quidèm aeris, crassissima uerò corporum solidorum, media humorum est substantia*; ex qua Gal. authoritate, quià clarissimè patet, spiritus promptissimè accendi, ex accensis spiritibus (quidquid dicat Aduersarius) febrium omnium, primam oriri differentiam, concludamus: dicamusq; cum Alexandro Tralliano libr. 12. cap. 1. quòd quoniam febris, est non solùm absolutè calor naturali contrarius, sed, & in materia quadam subsistit, materia verò triplex in nobis *Tralliani sententia contra Simonium.*
H genere habeatur, manifestum est, quòd febris quoq; in tribus consistere materijs cognoscetur, in spiritibus nempè, humoribus, ac solidis particulis, à quibus triplex, febrium oritur prima differentia, spiritualis, humoralis, ac fixa; deq; vana Simonij sententia aduersùs modicos ferè vniuersos isthæc sufficiant; Quòd spectat ad calumniam illatam perillustri viro Hieronymo Mercuriali, ab præfato synopseωs authore; adnotatione occurrit dignum, quòd volẽs doctissimus Mercurialis auferre omnem discordiam, super Hyppoc. sententiam lib. περὶ γονῆς 4. suarum variarum lectionum lib. cap. 16. sic Hyppoc. verba traduxit. *Semen autèm uiri ortum ducit ab omni sana corporis parte*. cum ἀπὸ παντὸς ὑγίεινος non autem ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ vaticanus habeat codex: aduersùs quam

uerſionem inſurgens Simonius, pluſculum diligentię, & accurationis in Mercuriali, ſe deſiderare conſcripſit, nulliuſq; animaduertit momenti, mutatæ à tanto viro lectionis exiſtere rationem; ſentitq; legendum eſſe, ſemen decidere in homine ab omni humido, non autèm ab omni ſano, vt traſtulit Mercurialis: En Simoni, q obſecro maior poterat, in tãto viro expoſci diligentia, cũ omnę, vt auferret, inter medicos diſcordiam, ſatiùs duxit, vertendum cum vaticano codice, ſemen decidere ab omni ſano, ſiuè ſana corporis parte, quàm omni humido? Si namq; per humidum omne intelligitur (vt intelligi debet) tàm naturale, quàm excrementitium, & proindè quicquid fluidum in corpore continetur, ſiuè alimentum, ſiuè excrementum ſit; ac per omne ſanum intelligendæ ſunt tàm ſolidæ partes corporis, quàm liquidæ: quænam verſio à contrarietate medicorum magìs remota eſt, an tua, an Mercurialis? Iudex ſi futurus ſim ego, tuam verſionem, & contrarietatibus, & ambagibus refertam, proponam, Mercurialis verò, ab vtriſq; immunem: cum apud omnes in confeſſo ſit, ſemen non ab omni viri humido, indifferentèr tàm alimentali, quàm excrementitio profluere, ſed ex puriſſima ſanguinis portione, proindeq; alimentali; ab excrementitij naturâ remota; prętereа cum ſemen decidat in homine, non ſolùm ex puriſſima ſanguinis portione (ſanguinem aſſumentes pro tota maſſa ſanguinea, ad nutritionem idonea, vndè factum eſt, vt ſuperfluitas alimenti dictum ſit à quibuſdam ſemen) ſed ex ipſis ſolidis humani corporis partibus (argumento ſumpto ab imbecillitate, quam ſolida perpetiuntur ex larga ſeminis effuſione) longè magìs philoſophica, ac Medica Mercurialis videtur doctrina, quàm tui Simonis, qui particularem Hyppocratis reddis aſſertionem (hanc coarctans ad ſolum humidum) cum tñ vniuerſalis ſit, ſeſe extendens ad omne ſanum, tàm humidum, quàm ſolidum corpus, quemadmodùm ſua ductus prudentia traſtulit Mercurialis. Sed ad noſtrum reuertamur conſilium.

Dirimitur cõtrouerſia inter doctiſſimos viros.

Semen vnde fluat à corpore.

Cur membra ſolida patiuntur in venere.

HVMORALIVM febrium, & in putridas, & in minus putridas (quæ ex humorum fiunt incendio, exarſione, alterationeq; potius, quàm putredine uera, ab Ariſtotele definita) aſſignata diuiſione: Quomodò genus id febrium, abſquè humorum putreſcentia, ac corruptela, in eiſdem conſiſtat, grauiſſimorum hominum placitis, rationibus, ac authoritatibus, confirmatur. *Cap. IV.*

FEBRIVM

E FEBRIVM Humoralium, in quibus ſcilicet calor in humoribus accenditur, vndè poſtmodum denominationem ſunt ſpecies omnes huiuſce generis ſortitæ, aliæ putridæ ſunt, non putridæ aliæ; vel vt clariùs loquamur, aliæ ſunt, quę in ſimplici humorum verſantur alteratione; aliæ verò, quæ in eorundem ſubſtantiæ conſiſtunt mutatione: primę ſpeciei, vel generis ſubalterni ſunt, in quibus dumtaxàt incaleſcunt humores, abſquè vlla ipſorum putredine, ſecundi autèm illæ, in quibus, & incaleſcunt ijdem, vrunturq; ac notam putredinis concipiunt. Quæ febrium humoralium diſ- F tinctio, cum à paucis rei medicę profeſſoribus; fuerit hucvſquè animaduerſa, quandò putridas ſolùm, inter humorales, vniuerſi cognouerint; haud ab re alienum putauimus (noſtra ne ſapere nouitatem videatur doctrina) paulìſpèr in allata humoralium febrium, diuiſione inſiſtere: & quoniam totum hoc negocium, in grauiſsimorum virorum authoritatib⁹, ac rationib⁹ manet locatum, & rationes, & authoritates afferendæ, quibus data humoralium febrium diſtinctio firmetur, ac confirmetur. Ab authoritatibus igitur capientes exordium, Hyppocrates primus agnoſcens genus hoc febrium, quæ ſola ipſa humorum alteratione, abſq; pu- G tredine in humoribus concitantur, his verbis, nobis eas propoſuit. *Si uerò cibi maneant in uentriculo* (ſcripſit 4. de morbis num. ſiuè tex. 17.) *ampliori tempore, quàm opportunum eſt, & alij ad ipſos incidant, corpus utiq; repleatur, & dum præmuntur à plenitudine uenæ, calor, ac dolor corpori acceſſerint, æſtate quidem citius, hieme uerò poſterius: & ſi calido adhuc exiſtente uentriculo* (paulò inquit inferius) *calidior, quàm opportunus eſt ſpiritus, homini accedat, nihil miri eſt, hominem ex tali febrire. Cum homines laborarint* (repetit num. 25.) *quibus ſanè maximè ſanguinis afflictio contigerit illic firmatur; ac caleſcit. & ex hoc dolor obori-* H *tur; ſi autèm aluus, & ueſſica non breui copiam expulerit, febris ex hoc irruit, & ſi quidèm prior humor æqualis fuerit nequaquam, ſi uerò in labore ipſorum plurimus in corpore permaneat, ſuperat ille; quæ febris hoc modo oboriens, nequè periculoſa nequè fortis eſt. At ſi caleſcente ſanguine* (ſubdit) *exalat maximè per hunc humor aquoſus, qui febri eſt infeſtiſſimus, remanet pinguis, & leuis, qui eſt bilioſus, & febris maximè nutrimentum, & attenuatus hic bilioſus humor, corpus magis calere facit: Ego* (textatum reliquit lib. de veteri medicina num. 30.) *hoc maximum ſignum eſſe puto, quod non propter calidum ſimplicitèr homines febricitent, neq; hoc ſimplicitèr ſit affectionis cauſa, ſed eſt amarum, ac calidum idem, & calidum, & acidum, & ſalſum, & acidum, & alia infinita, & rurſus frigidum cum alijs facultatibus coniunctum. Frigeſcente ſanguine* (affirmat 1. de morbis num.

Feb humoral. 1. diuiſio.

Allatę diuiſionis cōfirmatio.

Febris ex ciborum plenitudine.

Febris ex labore quō.

Bilis nutrimentū febris.

Cur homines febricitent.

Rigor quãdo fiat in corpore.

num.2.) necesse est, & reliquum totum corpus perfrigerari, & ubi huiusmodi quid factum fuerit rigor appellatur, & siquidèm uehemens fiat rigor, uehementior etiam est tremor; nàm dùm contrahuntur uenæ, sanguine, & coacto, & congelato, corpus, & contrahunt, & tremere faciunt; uerùm cum sanguis percaluerit, & uim depulerit, & rursùs ad suam naturam redierit, concalescit simùl, & pituita sanguini permixta, & sanguis ipse seipso multipliciter calidior euadit, his igitur percalefactis, necesse est, febrem succedere, post rigorem præ sanguinis caliditate. Cum igitur bilis (confirmat num. 28.) *commota ad uenas, & ad sanguinem ingressa fuerit, sanguinem ex consueta compage, ac motione dimouet, & seorsùm facit, ac calefacit, calefactus autèm, etiam reliquum totum corpus incalescit, & desipit homo, & non sibi constat præ febris copia, & sanguinis ad serositatem trasmutatione, ac motione, non solita contingente. Cum bilis commota fuerit per corpus* (addit num.27.) *& contigerit, ut uenæ, & sanguis attrahant bilem, eamq; plurimam ex carnibus, & uentriculo ad eum, qui priùs inest, utpotè cum etiam natura calidissimus sanguis in corpore existat, cum ita percaluerit ex carnibus, & uentriculo supra eum, quia inest, adhuc, magìs à bile percalefit etiam reliquum corpus, & fit febris.* Hæq; ac consimiles, Hyppocratis nr̃i extant authoritates, è quibus meridiana luce clariùs spectatur, dari ex humoribus febres, quæ sola eorundem fiant, alteratione, incalefactioneq; ac vstione (vtì infrà patebit) absq; vlla ipsorum putredine, ac corruptela. In quarum sanè authoritatum explanatione, non est vt insistamus, cum singulę penè voces alterationem, incalefactionemq; nobis demonstrent humorum, non autèm putredinem, vt perperàm quis posset existimare, & propterea accedentes ad Galenum, hic admittens, & ipse dari quandoq; humorales febres ex simplici humorum alteratione, apertè 10. Meth. hanc vnam veritatem affirmat; loquens namquè de iuuene ætatis suæ vigesimumquintum annum nato, calido, & sicco temperamento donato, musculoso vt cane, longo itinere defatigato, cogitabundo àliquì, cura ac sollicito mœrore confecto, &c. *Quippè* (textatus est) *æger is, quem ante descripsimus, exemplo omnibus est, qui proptèr siccitatem, à principio cibo indigent, etiamsi febricitare iam incipiant, nàm cum accenditur in his febris, proptèr mordentem acrimoniam, excalfacti, attenuatiquè ex sole, & inedia, & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum; sicut è conuerso ubi, ob copiam, uel obstructionem, uel phlegmonem, uel ut semèl dicam humoris alterius putredinem febris est orta, maximo malo est cibus.* ex quibus Galeni verbis, febrem dari, ex sola humorum accensione, calefactionequè absq; putredine, cum vnusquisq; dignoscat, non enim humidum victum approbasset Galenus, dicamus optimo iure, factum à nobis fuisse, vt

Post rigorem cur calor?

Homo qñ desipiat in febre.

Sanguis natura calidissimus ex Hyppo.

Conclusio ex dictis.

Gal. doctr.

Eiusdẽ sententię confirmatio.

E vt, & in putridas, ac minus putridas, humoralium febrium dissecaremus genus, eoq; magìs cum, vna bilis sanguini, pituitę, vel melanchoniæ admixta, potissimum ex Hyppocratis doctrina, febrium omnium censeatur alimentum. τὸ δὲ χολῶδες (dicens) διὰ τὸ λιπαρὸν, καὶ κοῦφον εἶναι τῷ πυρὶ τροφὴ μάλιστά ἐστιν. .i. *Bilis enim reliquos ad instar sulphuris igni concipiendo, & conflagrando idoneos facit.* scilicet humores, propter suam oleositatem, ac mobilitatem. Sed ad Galenum, loquens hic secundo de simplic. medicam. facultat. cap. 14. de febribus vrentibus. *Putrefacientia (*inquit*) uocantur, non quidèm utentes nominis propria appellatione (nàm* F *quæ sunt putrefacientia, humectantia cum calefactione sunt) tamen eodem modo uocamus, proptèr symptomatis similitudinem.* ex qua Galeni colligitur, doctrina; humorales febres omnes, appellare medicos solitos esse, putridas; non solùm, quæ à putredine vera dependent, sed, & quę ex exustione: ità vt, propter similitudinem accidentium, quæ visuntur in verè putridis, & in putredine carentibus, sed solùm exustione humorum concitatis, humorales febres omnes putridas, appellare medici soleant. Alexander Trallianus, videns haud à ratione alienum fore, febres asserere, ex humorum excitari posse vstione, excandescentiaq; hæc monumen- G tis literarum lib. 12. cap. primo commendauit. *Non desunt, qui in uniuersum febrem numquàm, à putredine fieri pronunciant, Nàm humores in uenis excandescere, non putrescere dicunt, quæ sententia, etsi omninò uera non sit, cum à putredine etiàm fieri febres posse monstrabimus, attamèn haud aspernenda, tanquàm rationibus, & authoritatibus sit munita.* hęc illæ, rationes autèm, vt ad has tandèm descendamus, quas adducit Trallianus, ex istis depromantur: De vera loqui volentes putredine quæ, vt Aristoteli placuit, necnon Galeno: *Corruptio est caloris natiui in unoquoq; humido, à calore ambiente*, siuè vt proprijs H vtamur Arist. verbis. φθορὰ τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑγρῷ οἰκείας, καὶ κατὰ φύσιν θερμότητος, ὑπ' ἀλλοτρίας θερμότητος; certè haud in febribus (salutaribus præsertìm) putredine isthac corripiuntur humores, quoniam agens ambiens calor, siuè extraneus in humidum quodcumq; natiuum, calorem ità extrahit, humidumquè depascit, vt quod putrescit singulis momentis, siccius euadat, donèc ad extremum toto dissipato humido εἰς γῆν, καὶ κόπρον desinat mixtum: quem porrò finem, cum numquam in salutaribus febribus sortiantur humores, dicamus ad omnem tollendam difficultatem; quòd cum humoralium febrium, quædam sint salutares, quędam non; salutares ab humorum produci exarsione incendioq;, minùs salutares, eorundem putredine, ac corruptela.

Bilis febriū omnium alimentū.

Febres vrentes ex Gal. quæ.

Alexandri Tralliani doctrina.

Putredinis definitio.

Putredinis finis.

Quò d

Quod quispiam si nunc velit asseuerare, & exarsionem, siuè vstionem, atq; incendium, putredinem esse; ex vtriusq; discrimine, sapientioribus iudicandum relinquimus; vstio .n. (non de vera loquimur, nàm hęc intra corpus nō datur) cum ipsorum humorum, à propria temperie, ad calidum sit mutatio, ab extraneo aliquo, vel exurente facta calore, absq; vlla putredinis nota; non facilè patet, quomodò huiusmodi confundi possint voces, putredo, ac vstio; efferuescentiam ebullitionem, superassationemq; ac nimiam quampiam calefactionem, vstionis nomine (vnà cum Auer. 3. colliget cap. 4.) nobis volentes, à quo Auer. didicimus, humorales etiam concedi febres, non ex humorum putrescentia, sed exarsione, atquè combustione, vtì rationibus, & authoritatibus hactenùs explanatum habemus: Scribit etenim, eo loci Auer. quòd, *Quádò causa caloris extranei, fit à calore, tunc superuenit membris assatio, atq; combustio, sed non putrefactio*, propterea ergo non est ex necessitate, vt omnis calor extraneus, aut omnis febris sit putredinalis, & maximè causus: Concludamus igitur posse febres in humoribus accendi, absq; eorum putredine, quotiescumq; per bilem efferuē tem, ebullientemq;, reliquis huiusmodi efferuescentia, & ebullitio fuerit communicata, necnon quotiescumq; aliqua in corpore fuerit obstructio, qua non liberè, qui continentur in vasis humores traspirent; hoc enim modo, nulla occurrente externa causa, sua ipsorum, vel multitudine, vel crassitie, vel lentore, obstructionem in finibus vasorum creant, tumq; calidiores ob reflexum calorem redditi, febrem accendunt, nondùm putridis effectis humoribus. Atq; in hac conclusione, consentientes viri grauissimi. Nicolaus Florentinus summa eius 4. cap. 2. apertè sustinet, quod quemadmodùm accendi possunt spiritus, absq; eorum putredine, & genus constituunt febrium spirituosum, sic accendi posse atq; humores, dictis de causis, absq; quod vlla eos inuehat putredo; & Auicennas prima fen 4. tract. 3. cap. primo, ex prima humorum ab eo facta diuisione, febres statuit excitari, tùm putredinis, tùm ebullitionis, idemq; Galenus primo de different. feb. 5. loquens de humorum incalefactione, humores absq; putredine accendi, & febres producere animaduertit, & ex copia sanguinis, & feruore febrem oriri, calidissimam admittens, secundo de differentijs febr. primo, & 2. de crysibus 6. vnà cum Hyppocrate libro de natura humana, ex sincerissima bile febres, quæ Synochi dicuntur, produci affirmat: cum accessionis remissio ex feruentium humorum traspiratu contingere soleat, non traspirant autèm in vehementi stipatione, necesse est plurium dierum fieri accessionem

Marginalia: Vstio quid. — Auerrois doctrina. — Febres absq; putredine quandò cōcitentur. — Nicolai Florentini doctrina. — Auicennę doctrina. — Humores absq; putred febres excitare. — Synochus ex Hypp. vnde.

(Margin letters: A, B, C, D)

E accesſionem, ſcriptis mandauit 9. Meth. Gal. à quo diſcere poſſumus, modum continentium febrium citrà putredinem, nō in ſanguine ſolo, vel bile, vt admittit Hyppocr. ſed humoribus omnibus admixtis, minùs traſpirationi ob ſtipationem, expoſitis. Quid q̄, ſi cum Hyppocrate ſtare velimus, excitatur ab efferueſcente bile, abſq; putredine, non ſolùm ſynochos dicta febris, ſed, & καῦσος nuncupata à Græcis, ardens verò à latinis, quam ſanè febrem ipſa etiam accenſa conſtituit, pituita. *Cum bilis, aut pituita calefacta fuerit, totum reliquum corpus incaleſcit, & uocatur hoc febris*, 1. illo de morbis mandauit memoriæ Hyppoc. qui 4. victus acutorum, cauſum F alterum ex bile ſinceriore, alterum ex pitutoſiore conceptis verbis admiſit; adeò vt cum præter bilem, accendi poſſit, & pituita, accenſioni omninò aduerſa, dicendum, & melancholiam efferueſcere, proprieq; aduri, eaſq; excitare febres, quas ab eiuſdē largo modo ſumpta putreſcentia, excitari poſſe in ſequenti videbimus. Non ignorandum interim ex Archangelo Mercennario, philoſopho eminentisſimo, diſputatione illa de putredine, aduerſus Eraſtum cap. 10. vbi difficultatem hanc inter medicos animaduertit, quòd poſtquàm veræ putredinis propriæq; dictæ attulit definitionem; loquens de putredine quæ dicitur ſecundùm partem. *Elementorum, hæc inquit, putredo, quæ eſt ſecundum partem ſuccis etiam, &* G *humoribus communis etiā eſt, ex quibus putridæ febres oriuntur humorales, enimuerò horum putredo, quæ morboſa dicitur, nil aliud eſt, niſi alteratio quædam, receſſuſq; à propria ipſorum natura, & temperamento: non enim dum humores putreſcunt omninò intereunt, ſed ſecundùm partem prout alterantur, & à naturali ſtatu dimouentur, à quo ſanè interitu, & putredine, ſi citò remedia adhibeantur liberari poſſunt*. Hæc ibi Mercennarius à quo intelligere poſſumus, humores in febribus ſecundùm partem putreſcere, putredinem hic appellans, cum Ariſt. 1. de gener. & corrupt. contextu 2. alterationem, ac mutationem ſecundùm accidē- H tia, quamquè exprimens paulò infrà. *Fit autèm* (inquit) *humorum putredo per alienæ materiæ commixtionem, ut per commixtionem unius humoris cum altero, ratione cuius à propria natura, & temperamento dimouetur, necnon per caloris intenſionem, cum enim calor plus iuſto adaugetur, igneuſq; efficitur, humorum morboſa oritur putredo, ità ut putredo hæc exuſtioni potius, quàm putredini ſimilis eſſe uideatur:* In qua ſanè aſſertione, quantùm noſtræ accedat Mercennarius ſententiæ, decernenti, humores in febribus (ſalutaribus tamèn) vſtionem potiùs pati, proindeq; alterationem, quàm veram putredinem, quià iam ſatis pateſcit; dicamus pro dictorum concluſione, ſtatuiſſe nos vſtionem, qua humores in febribus corripiuntur, eſſe mutationem, quoniam ad

Bilis, q̄ cauſa feb. ardentis.

Cauſus duplex ex Hypp. & qui.

Archang. Mercēnarii doctr.

Putredo in humorib' quom. cō fieri poſſit.

ad hoc vt febres, in humoribus accendantur, siuè putridæ siuè im- A putres, & sola humorum alteratione productę; necessum est, mutationem humoribus interuenire; quæ porrò mutatio cum fieri possit, in accidentibus, & in substantia, quò constaret mutationem hanc in febribus, quæ ex exustione fiunt, esse in accidentibus, non in substantia; hinc factum est, vt addiderimus, mutationem esse ad calidum; quod itidem calidum, cum possit oriri, excitariq; tùm à putredine, tùm alijs quatuor de causis infra dicendis hinc factum est (vt constaret in humoralibus febribus, absq; putredine, ab alia, etiam causa posse humores accendi) cur addiderimus, ab alio calore exurente, atq; extraneo exustionem in humoribus produci, B quemadmodùm, & ab Hyppocrate, Gal. Tralliano, Taddeo Florentino, Auicenna, ac inter recentiores philosophos Archangelo Mercenario explicatum habuimus. quid nunc de putridis humoralibus, dicendum sit tempestiuum iam est, vt nostra insculpat oratio.

Febres humorales quomodò producantur.

DEFINITA, ex Galeni, Aristotelisq; mente, putredine; quomodò in definitione, ac definito consentiant, demonstratur; allatoq; putredinis perfectæ, & imperfectæ discrimine, at utriusq; proposita essentia, quod imperfecta putredo ea sit, quæ humores in putridis humoralibus inuadit, decernitur, quidq; putrida humoralis sit febris, definitur. C *Cap. V.*

POSSE in humoribus, febres accendi, absquè eorum putredine, sed sola exarsione, incendiouè, ac vstione, multiplici authoritate (rationibus non neglectis) superior commonstrauit hic sermo; superest nunc earum febrium, vt assumamus discursum, quæ ex eorundem putredine traducunt originem: id quod facili negocio, vt absoluere possimus, quid putredo sit, sese offert in primis animaduertendum: quandoquidèm veluti forma febrium humora- D lium, absq; putredine, est definita exustio, sic putridarum ipsa putredo. Hanc igitur definiens Galenus 2. Meth. cap. 6. mutationem totius putrescentis corporis, ad corruptelam, à calido externo existere, commonefecit; quæ definitio licèt minus consona videat Aristotelicæ, desuper allatę, diligentèr tñ si cum Aristotelica comparetur, ad illius naturam accedere fiet conspicuum; propterea quod vbi Galenus dixit, putredinem esse mutationem ad corruptelam, Aristotelis scripsit esse corruptionem; quæ cum absquè mutatione ad deterius fieri non possit, & cum facta est, idem est, atquè corruptio; sequitur nihil discriminis esse, intèr Aristotelis,

Forma febrium putridarum, & humoraliũ, absq: putred.

E Aristotelis, Galeniq; mentem, in putredinis allata definitione; in qua dicens Galenus, mutationem hāc ad corruptelam, esse putrescentis corporis, Aristoteles conscripsit esse, caloris natiui in vnoquoq; humido, quod paritèr cum totum necessarium sit putrescere, quando corrumpitur, hinc fit, vt idem statuat Aristotelis, atquè Galenus, putredinis siuè corruptionis, commune subiectum: & quò tandèm ad causam, agnoscens hanc Galenus, calorem externum, Aristotelis alienam ambientis agnouit caliditatem; vt propterea cum inuicèm conueniant Philosophię, ac Medicinæ principes, dicamus definiuisse putredinem Galenum, cita-

F to Methodi loco, in gratiam febrium putridarum, quę à putrescente in corpore mixto, traducunt exordium, definiuisse verò philosophum 4. Metheorolog. cap. 2. in gratiam mixti, vt mixtum est. Quamobrèm meritò eo loci conscripsit Galenus, repetitq; 2. Method. 8. quod alter quidèm alienus, ac præternaturam excitatus calor; primùm quidèm ipsos succos proptèr humiditatem, & putrefacit, & corrumpit, spatio verò tùm adipem inuadit, tùm carnem, iam verò, & adeps, & caro, atq; humores, mixti corporis naturam subeunt; atquè conditionem, ex qua licebit nobis inferre; quòd quæcumquè dicta sunt ab vno Aristotele, in gratiam

Putredo definita à Gal. quo nomine.

G corruptionis (generationi aduersę) mixtorum corporum, hęc eadem dicenda se præbent, de humorum in febribus, putredine; cuius cum constet forma, quę est corruptio proprij caloris, vel mutatio ad corruptelam, manifestum cum sit subiectum, quod est corpus quodcumquè humidum, non lateat efficiens, quod calor extat extraneus, finisq; cum Aristotele, sit fimus, ac terra, quem Galenus subticuit, quia ob nimiam putrescentium humorum humiditatem, numquàm in fimum, ac terram conuertuntur humores: omnis hinc intèr medicos, atquè philosophos auferatur discordia, locata in ea difficultate, in qua reuocatur in dubium, an

Quicquid dixit Arist. de putred. mixtorum idem Gal. de putred. humorum

H eadem sit putredo humorum, febrium putridarum, ac aliorum mixtorum: quandoquidèm cum id solùm versetur discriminis, circa maiorem, vel minorem corruptionem humorum, atquè mixtorum quorumcumquè corporum, haud ex hoc potest inferri, aliam esse putredinem humorum, & aliam mixtorum aliorum quorūcūq; corporum; quocircà cùm magìs, & minùs differre nō faciant specie, minime etiam specie different inter sese putredo humorum, definita ab ipso Galeno, & putredo mixtorum definita ab Arist. licèt alio nomine (vt dictum) definita sit, ab vno, ac altero medicinę, ac philosophię principe: Quā veritatē adinueniens nostra hac tēpestate Ill. Iacobus Zabarella, in suo Naturalium

Putredo humorum & mixtorum eadē.

quęstionum

quæſtionum volumine, ſcriptis mandauit, definitam ab Ariſtotele, Galenoq; putredinem, aliam perfectam, aliam imperfectam eſſe, ſiuè vnam ſecundùm totum, alteram ſecundùm partem, nec inuicèm differre ſpecie; perfectamq; dixit putredinem eſſe illam, qua mixtum perfectè diſſoluitur in elementa componentia, ità vt nō remaneat niſi terra, & fimus (qua putredine omnia putreſcunt mixta, quæ ſunt à prędominio terrea, cum enim hęc parum habeant humidi, non eſt difficile totum humidum euaporare, & ſeparari à ſicco, ità vt ſolùm remaneat ſiccum terreum, velutì in oſſib' accidere ſolet) imperfectam verò illam, in qua mixtum nō diſſoluitur in elementa componentia, ſed ſecundùm partem componē- tium putreſcit mixtum, nec finis eſt terra, vel fimus, licèt ad hunc tendat cum fuerit facta perfecta, aut cum magìs perficietur: quam imperfectam putredinem illis mixtis accidere determinauit, quæ à prædominio fuerint humida, vt vinum; dicimus nos humores, vel maſſam totam humoralem, ex cuius imperfecta putredine febres concitantur putridæ, humorales denominatę, ſalutares, & hæ vt plurimùm; læthales verò cum à totius putredine, perfectaq; captitatur eadem; quod putredinis genus (tali ſi cohoneſtanda eſt perfecta putredo, nomine) in peſtilentialibus, & maximè putridis conſpicitur febribus; de quibus loquentes nos medici, aſſerimus non raró, modò maiorem, modò minorem in ipſis dari putredinem, hanc quidèm in ſimplicitèr putridis, illam verò in peſtilentialibus, quas ab ingenti, excellentiq; putredine emanare contendimus: Quamobrèm omnis de medio inter nos, vt tollatur contentio, res hunc in modum decernenda venit. Tentantur humores in febribus putredine perfecta, tentantur, & imperfecta: hac ipſa tentantur, cum extraneus calor, incipit in eoſdem agere, natiuumq; eorundem calorem, extraneum, igneumq; reddit, & proindè magìs agit in accidentia, quàm ſubſtantiam, vndè poſtmodùm fit, vt febres, quæ ex huiuſmodi excitantur humorum putredine, potius in fieri, quàm in facto eſſe (ſic .n. Gal. definiuit putredinem in febribus ipſis humoralibus) abſq; ſymptomatum conſiſtant grauedine, nec medicum fatigēt, in huius aut illius ſymptomatis, cum maximè vrget, curatione: tentantur, & humores perfecta putredine, cum extraneus calor, non ſolùm agit in accidentibus, ſed in ſubſtantia, non ſecundùm totum (ſi febres adhùc ſalutares futuræ ſint) ſed ſecundùm partem; ſecundùm totum verò, hoc eſt, in quo tota forma corrumpitur ſubſtātialis (totum à nobis in exercitationibus philoſophicis appellata) in læthiferis, atq; peſtilentialibus, quæ, & cum ſymptomatum ingraueſcentia fatigant

Marginal notes: Putredo perfecta, quę. — Putredo imperfecta quę. — Febres putridę ſalutares, quę. — Humorum putredo in peſtilentialibus, quę. — Putredo duplex in humoribus & quæ. — Humores cum tententur perfecta putredine. — Humores quandò omnimoda tentantur putredine.

Section letters: A, B, C, D

E gant medicum, quæq; mirumimmodum patientem infestant. Putredinis hoc in febribus, discrimen agnoscens Gal. 1. de different. feb. 6. *Quotcumq;* (admonuit) *in abscessibus putredinis, sunt differentiæ, totidem, & in febribus, quæ ex putredine accenduntur, sunt in urinis eorum, quæ apparent, formæ:* iam verò, cum multiplex sit putredinis in abscessibus differentia, vt ex pure colligitur, quod quandoq; laudabile est, & opus naturalis caloris existit; quandoq; ità malignum, ac fœtidum, vt abradendi vim habeat; sequitur, & in febribus, non vnam, eãdemq; semper esse putredinis, formam. *At talis* (dicit Galenus, loquens de imperfecta putredine citato nunc loco) *quidèm* F *putredo, non simplicitèr quidèm putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis, nàm adhùc ui coquendi uasorum, remanente, qui interim putrefit humor, ad talem peruenit alterationem:* loquens verò, de perfecta; *Sed, & aliud* (scribit) *est putredinis genus, cum ea uis, cui coquendi officium est demandatum, adeò imbecillis facta est, ut nullam amplius facere possit, in putrescente superfluitate, ad optimum, trasmutationem; quod quidèm usu cõtingit nonnumquàm, cum eadem uis ad ultimum imbecillitatis peruenit. etiã si id, quod putrescit, mediocritèr sit uitiatum: Huiusq; superfluitatis putredo, neq; consistentiam, neq; colorem, aut odorem habet unum, sed sempèr secundùm substantiam putrescentem permutatur, ac multis modis euariat illud,* G *quod putrescit:* ex qua Galeni verborum serie, cum colligatur, quicquid in animo nobis est, de ipsa, humorum in putridis febrib', putredine; dicamus cum Gordonio, qui doctissimè controuersiam omnem, inter medicos abstulit; quòd duplex est putredo, quędam per viã ebullitionis, & talis nõ inducit fœtorẽ, estq; talis in febribus; & alia est, quæ est substantiæ corruptio, & talis inducit fœtorem: & ideo, quandò in febribus continuis apparet fœtor, signum mortis est; quoniàm non solùm significatur ebullitio, sed substantiæ humidę corruptio. Est autèm humoralis putrida febris, ex-H traneus, & ipsa calor, vel calida cordis, ac totius intemperies, quæ dependet, ex imperfecta humorum fluidorum putredine, primò, & per se, ad instàr aliorum morborum vitales, ac naturales offendens operationes: in qua definitione, cum omnes ferè innotescant particulę; dicamus pro dictorum omnium confirmatione, dixisse nos, febrem putridam humoralem, dependêre, ab imperfecta putredine, quoniàm simplicitèr putridæ febres, in hoc à pestilentialibus differunt; quòd in his, excellens, atq; ad natũram perfectæ putredinis accedens, consistit putredo; quę cum neq; in humoralibus, ex humorum incẽdio obseruetur; hinc factum est, vt ab imperfecta putredine, putridas simplicitèr humorales febres produci, conscripserimus: addidimus vero, putredinem hanc imperfectam, in

Vrinarum varietas in febribus.

Putredo imperfecta ex Gal.

Putredo perfecta ex Gal.

Putredo duplex ex Gordonio.

Febris putrida quid sit.

Putredo imperfecta cur in putridis simplicitèr.

Feb. putridarum humoralium subiectum.

fluidis, sitam esse humoribus, putridarum vt innotesceret, humoralium subiectum: & ad differentiam humidi natiui, ac congelati carnis.s.& adipis: modus putredinis cum innotescat, sitq; ex dissolutione, vel saltèm alteratione, partium componentium elementalium, facta, à dominio passiuarum qualitatum, supra actiuas, proptèr ambientis calorem, vel calorem ipsum extraneum, corporis penetrantē meatus, sensibilitèr, vel insensibilitèr, quocumq; accedat modo, diligentissimè ab Auicenna proposito lib.4.fen 1. trac.2.cap. 1. à Gal. effurato 8.de compositione medicament. secundum loca; lib. de inæquali intemperie cap.2.9. Meth.9.ac 3.de tuēda sanitate cap.10.quib⁹ in locis τὴν ἔμφραξιν, & σέγνωσιν, pcipuam humoralis putredinis agnouit, causam: quot febrium putridarum, imperfecta isthac putredine, sint species videndum. A B

Humores quomodo putrescant.

EX eo quia, sanguis dùm putrescit, uertitur in naturam bilis, aut melancholiæ, decernitur, tres dumtaxàt febrium humoralium, primas esse differentias, in quibus ratio diuersitatis, in continuitate, intermissione, simplicitate, duplicitateq;, ac alio quocumq; discrimine, indagatur. Cap. VI.

PRIMAS, humoralium putridarum febrium, species, volentes inquirere; an sanguis, inter humores, eâdem, qua reliqui omnes corripiuntur, putredine, corripiatur, & ipse, animaduersione dignum occurrit in primis; si etenim vna eademq; humorum omnium extat, putredo; nulli dubium, tot, putridarum febrium, futuras species, quot humorum: sanguinem igitur, putredini esse subiectum lege definitum extat antiqua; nàm necessum est, vt omnia orta occidant, communisq; rerum omnium occasus, putredo censetur; & propterea, modum assignans Gal. quo sanguis putrescit; ab aliena caliditate, putredinem sanguini aduenire commonefecit; vt in solis deustionibus, in pestilenti, & suffocato aëris statu, & in febribus vniuersis, quacumq; ex causa productis, necnon inflammationibus, cum sanguis videlicet ipse, ob prohibitam traspirationem, non potest difflari; ex cuius tamèn putredine, febres simpliciores, quàm ex alijs humoribus fiunt, accessionum proportionem, tertiano præcipuè circuitu assumentes, hæc 2. illo de diff. feb.cap.9. Gal. à quo, cum habeamus, sanguinem putrescere, id solum discriminis, ex eodem colligimus, quòd putrescens sanguis, febres cum hic producat simillimas tertianis; in sanguinis putredine, & ad sanguinis putredinem, bilis, à qua tertianæ excitari solent, generatur; non autèm alia vlla ex sanguinis putredine, consequitur C D

Sanguis qua lege putrescat.

Libr 2.de f.b. cap.9.

Febres ex sanguine putrescente, quæ.

E sequitur febrium species; quæ putrescentem sanguinẽ, absq; quòd in bilem vertatur, possit arguere. Victor Trincauellius nostram confirmans sententiam. *Quamuis* (ait) *febris hæc, quæ inter putridas recensenda est, ex sanguine putrescente accendatur, nemo tamèn est, uel mediocritèr in Galeni decretis uersatus, qui nesciat illi, hoc ab omnibus in præsentia attribui, quòd sanguis dùm putrescit, non ampliùs sanguinis propriam naturam seruat, sed quod in eo tenue, & ichorosum est, uertitur in bilem; quod uerò est crassum, uertitur in melanchollicum succum, undè id genus febris, in eas refert, quæ ex putrescente bili gignuntur, cum iam in bilem sanguis transcat*, ex qua grauissimi authoris sententia, cùm clarissimè habea-

Sanguis dum putrescit transit in alium humorem.

F mus, sanguinem, cum ad putredinem accedit, conuerti in bilem; vel melanchollicum succum; genusq; excitare febris, quæ ex bile producitur; hęc autem tertiana sit: dicamus, nullam, ex putrescẽte sanguine, determinatam humoralium putridarum, oriri febrẽ; sed tertianam, aùt quartanam, iuxtà naturam humoris, in quam putrescens inclinat, sanguis; Atquè ipsissimam hanc veritatem videns Gal. 2. de differentijs feb. 8. *Neq; enim* (scripsit) *plurima est earum multitudo, cum omnes tres numero existant, & quæ ex amara bile, & quæ ex atra, & quæ ex pituita generatur, quarum singulæ duas habent differentias, continuæ. s. atq; intermittentis; ad eò ùt omnium, quæ ex humorum*

Febris nùlla ex sanguine ex sui natura.

Febrium humoralium primæ differentię.

G *putredine ortum habent, fiant sex numero differentiæ*. hucvsq; Gal. qui primam humoralium putridarum proponens differentiam, & in biliosas, & in pituitosas, & in melanchollicas, quodammodò diuisit, in continuasquè ac intermittentes, subdiuisit. Sed de re vili satis, omnes. n. norunt; & Gal. libr. de elem. ac de natura humana adnotauit, quòd sanguis pręter naturam, cum fieri possit, aut simplici alteratione, & permixtione aliorum humorum; aut quandò in eo permutatio fit, ad aliam substantiam: ex simplici sanguinis alteratione, secundùm spirituosam præcipuè partem, de spiritua-

Sanguis vt fiat pręter naturam.

H lium genere producitur dicta Synochus; ex permixtione, cum alijs humoribus, Synochus de genere humoralium, non putridarum oboritur; ex mutatà verò substantia, nulla putridarum emanat, quarè tres tantum numero erunt febres à bile, pituita, & melancholia productæ. De intermissionis, atq; continuitatis causa, proponenda nulla. Sentimus igĩ (quicquid alij dicunt) cum Galeno secundo de different. febrium primo, & secundo de crysibus 6. necnon capit. vltimo pręcitati libri; continuitatem febrium prouenire, ex diuersitate loci, in quo humores putrescunt, ab ipsis intermittentibus, ità vt, harum putredinis locus, sit extra venas, ad intrà, verò illarum: ratio verò, cur ex humorum putredine, exarsioneuè, aut incendio, in non putridis, ad intra

Synochus spiritualis, & humoralis vndè.

Contra Laurentiũ Ioubertũ in paradox. dec. 2. cap. 3.

Continuitatis ratio in febribus.

venas, febris excitetur continua, συνεχείς dictitata, à Græcis, indè A dependet; quòd febris, calor cum sit extraneus, accensus in corde, delatusq; in totum corpus, per venas, & arterias, &c. ob continuitatem, quam venæ, arteriçq; habent cum corde, putredine, existente in vtrisq; continua producitur febris; continuis namq; à venis, & arterijs ad ipsum cor, eleuatis vaporibus; febrem oriri continuam necessum est: quòd si aliqua, in continuis animaduertatur remissio, auctioq; ; has ex humorum aduentãte, vel discedẽte copia, pendêre dicendum: verùm de diuersitate, quç in continuis appareat, infrà: Ortum ducunt intermittentes, ab humorum peccato, ad extrà venas, oppositam prorsùs ob causam; quià .s. haud continua ad cor, humorum, seu vaporum subministratur eleuatio, qua in extraneo illo calore, perpetuò pars deteneatur ac totum, cor inquam, ac corpus. *Febres, quæ ad infebricitationem deueniunt* (dicebat Gal. 2. de crysibus 6.) *& tertianæ, & quotidianæ, & quartanæ eandem hypostasim cum continuis habent, uno solo inter se differunt, quòd per uenas, uel per totum corpus, per carnes præcipuè deferuntur humores:* & 1. ad Glauconem 5. clarius adhùc loquens, & lienem in quartana, & hepar in tertiana, vtì, & ventriculum in quotidiana, affectum esse perscripsit; quibus omnibus partibus, si addere nos velimus, in intermittentibus maximè febribus, mesaraicas venas esse affectas, à veritate non recedet hic sermo. Meserei enim si obseruetur substantia, quæ mollis, spongiosa, ac debilis est; & proindè apta, ad suscipiendam putredinem, quæ à valentioribus trasmittitur; rationi consentaneum videtur, tùm ex ratione allata, tùm ex tensione, quç ea apparet in parte, tùm ex indicatione, sumpta ex iuuantibus adhibitis; mesareum, esse partem illam, in qua humores putrêre solent, in intermittentibus. Est autem putrida intermittens febris Gal. authore, 1. ac 2. de different, feb. cap. 1. febris illa, quç ad infebricitationem deuenit; & in qua, dicta iam à nobis φλόγωσις, D vicissìm soluitur, & certis quibusdam interuallis recurrit: At cõtinua huic, opposita ex 2. de crysibus 6. est, quç ad infebricitationem (ἀπυρεξίαν dictitant Grçci) antequàm ex toto soluatur, non desinit, etsì declinatio aliqua sensibilis appareat. Cœterùm vlteriùs antequàm procedat hic stilus; animaduersione dignum occurrit, vt cum quælibet prima febrium differentia, tertiana, quotidiana, siuè quartana existat, intermittens, vel continua; exquisita esse posit, vel non exquisita (quæ nota dicitur) simplex, in vna propria differentia, aut composita cum altera, cum secunda, vel tertia, & duplex vel triplex: paucis discrimen hoc vniuersum, febribusq; vniuersis commune, aperire tentemus: & propterea à Galeno

Auctio atq; remissio in continuis.

Intermissionis ratio in febribus, quç.

B

Viscera præcipua quæ afficiuntur in feb. omnibus.

C

Mesareum quomodo afficiatur in febribus.

Febris intermittens & continua quæ.

Tertia feb. humoral. subdiuisio.

E Galeno non recedentes , ex huius, 2. de differ. febrium cap.8.decernimus , ſententia; ab humorum putreſcentium multitudine, putredinis qualitate,ac quantitate,modo motus,particula,in qua fit putredo,ſimplicitate,vel eorundem , cum alijs admixtione,varietatem omnem in putridis humoralibus febribus proficiſci: A multitudine quidèm, quoniàm ſi bilis(vt de prima febrium differentia,quę à bile procedit,inſtituatur oratio)exigua ſit,fit tertiana exactè exquiſita , ſi copioſior ſimplicitèr dicta exquiſita *ἀκριβεῖς*, & *γνήσια* à Gręcis : ſi copioſisſima,tertiana extenſa vocata, producitur ; A putredinis qualitate, quià ſi putreſcens bilis, ſit nō F admodùm calida,tertiana oboritur ſimplicitèr appellata exquiſita, ſi calidior exquiſita exactè,ſi calidisſima cauſon: A quantitate, quę cum qualitate in præſenti confunditur , ex magna putredine, ſiuè exquiſita,exquiſita putrida emanat febris;ex non exquita,ſeu imperfecta,minùs exquiſita producitur eadem : ex modo motus, quoniàm, ſi putreſcens humor citiùs moueatur,citior fit paroxiſmus,atq; anticipat,ſi tardior,& paroxiſmus fit tardior , atq; poſtponit. Ex particula,in qua fit putredo , non exigua in febribus , generis cuiuſq; apparet diſcrepantia;quoniam non ſolùm ſi vnica ſit particula,in qua ſita eſt putredo,ſimplex producitur febris,& ſi G duplex,gignitur duplex ; Verùm maximi , quod extat momenti , iuxtà locum putredinis, in febribus,obſeruatur varietas, collocata potiùs in motu febrium,quàm altero, allatorum diſcrimine : & propterea ſi putredo fiat in toto,peſtilens oritur maligna , Si verò in parte,quia partes corporis maiores,aut minores continent venas,propinquas adhùc,aut remotas,à corde : Putredo humorum, in maioribus,ſi accidat venis,cordiq; propinquis,febres oriuntur continuæ, abſq; vlla paroxiſmorum exacerbatione , quas ardentes,ac deurentes appellat,citatis locis Gal.quòd ſi putredo , acci-H dat in venis minoribus , atq; à corde remotis , febris producitur continua , iuxtà naturam peccantis humoris ; verùm cum aliqua paroxiſmorum exacerbatione ; quòd,ſi extra venas putredo fiat , intermittens efficitur,maiorem,aut minorem obtinens intermiſſionem ; iuxtà maiorem , vel minorem, quam cordi habuerit,putreſcens humor,vicinitatem. A ſimplicitate demùm , admixtioneq; putreſcentis humoris,diſcrimen ſpectatur inſigne,quoniàm, ſi putreſcens humor ſit ſimplex,exquiſitam,vnius, vel alterius febrium generis producit,febrem:ſi verò cum altero admixtus,ſpuriam nuncupatam,ac notam, quid autèm vnaquæq; ſit in ſequenti patebit.

Tertiana exactè exquiſita.
Tertiana extenſa.
Tertiana ſimplicitèr exquiſita.
Exquiſita exactè.
Putredo exquiſita, & non exquiſita.
Paroxiſmorum tarditatis ratio.
Simplicitatis,& duplicitat. in febribus ratio.
Peſtilens maligna quando.
Continua abſq; exacerbatione.
Continua cum exacerbatione.
Intermittens febris
Exquiſita vnius generis.
Spuria, & nota.

versionem insurgens Simonius, plusculum diligentię, & accurationis in Mercuriali, se desiderare conscripsit, nulliusq; animaduertit momenti, mutatæ à tanto viro lectionis existere rationem; sentitq; legendum esse, semen decidere in homine ab omni humido, non autèm ab omni sano, vt traslulit Mercurialis: En Simoni, q obsecro maior poterat, in tãto viro exposci diligentia, cũ omnẽ, vt auferret, inter medicos discordiam, satiùs duxit, vertendum cum vaticano codice, semen decidere ab omni sano, siuè sana corporis parte, quàm omni humido? Si namq; per humidum omne intelligitur (vt intelligi debet) tàm naturale, quàm excrementitium, & proindè quicquid fluidum in corpore continetur, siuè alimentum, siuè excrementum sit; ac per omne sanum intelligendæ sunt tàm solidæ partes corporis, quàm liquidæ: quænam versio à contrarietate medicorum magìs remota est, an tua, an Mercurialis? Iudex si futurus sim ego, tuam versionem, & contrarietatibus, & ambagibus refertam, proponam, Mercurialis verò, ab vtrisq; immunem: cum apud omnes in confesso sit, semen non ab omni viri humido, indifferentèr tàm alimentali, quàm excrementitio profluere, sed ex purissima sanguinis portione, proindeq; alimentali; ab excrementitij naturâ remota; pręterea cum semen decidat in homine, non solùm ex purissima sanguinis portione (sanguinem assumentes pro tota massa sanguinea, ad nutritionem idonea, vndè factum est, vt superfluitas alimenti dictum sit à quibusdam semen) sed ex ipsis solidis humani corporis partibus (argumento sumpto ab imbeccillitate, quam solida perpetiuntur ex larga seminis effusione) longè magìs philosophica, ac Medica Mercurialis videtur doctrina, quàm tui Simonis, qui particularem Hyppocratis reddis assertionem (hanc coarctans ad solum humidum) cum tñ vniuersalis sit, sese extendens ad omne sanum, tàm humidum, quàm solidum corpus, quemádmodùm sua ductus prudentia traslulit Mercurialis. Sed ad nostrum reuertamur consilium.

Dirimitur cõtrouersia inter doctissimos viros.

Semen vnde fluat a à corpore.

Cur membra solida patiantur in venere.

A B C D

HVMORALIVM febrium, & in putridas, & in minus putridas (quæ ex humorum fiunt incendio, exarsione, alterationeq; potius, quàm putredine uera, ab Aristotele definita) assignata diuisione: Quomodò genus id febrium, absquè humorum putrescentia, ac corruptela, in eisdem consistat; grauissimorum hominum placitis, rationibus, ac authoritatibus, confirmatur. Cap. IV.

FEBRIVM

E FEBRIVM Humoralium, in quibus ſcilicet calor in humoribus accenditur, vndè poſtmodum denominationem ſunt ſpecies omnes huiuſce generis ſortitæ, aliæ putridæ ſunt, non putridæ aliæ; vel vt clariùs loquamur, aliæ ſunt, quę in ſimplici humorum verſantur alteratione; aliæ verò, quæ in eorundem ſubſtantiæ conſiſtunt mutatione: primę ſpeciei, vel generis ſubalterni ſunt, in quibus dumtaxàt incaleſcunt humores, abſquè vlla ipſorum putredine, ſecundi autèm illæ, in quibus, & incaleſcunt ijdem, vruntur q; ac notam putredinis concipiunt. Quæ febrium humoralium diſ-

Feb humoral. 1. diuiſio.

F tinctio, cum à paucis rei medicę profeſſoribus; fuerit hucvſquè animaduerſa, quandò putridas ſolùm, inter humorales, vniuerſi cognouerint; haud ab re alienum putauimus (noſtra ne ſapere nouitatem videatur doctrina) pauliſpèr in allata humoralium febrium, diuiſione inſiſtere: & quoniam totum hoc negocium, in grauiſſimorum virorum authoritatib', ac rationib' manet locatum, & rationes, & authoritates afferendæ, quibus data humoralium febrium diſtinctio firmetur, ac confirmetur. Ab authoritatibus igitur capientes exordium, Hyppocrates primus agnoſcens genus hoc febrium, quæ ſola ipſa humorum alteratione, abſq; pu-

Allatę diuiſionis cõfirmatio.

G tredine in humoribus concitantur, his verbis, nobis eas propoſuit. *Si uerò cibi maneant in uentriculo* (ſcripſit 4. de morbis num. ſiuè tex. 17.) *ampliori tempore, quàm opportunum eſt, & alij ad ipſos incidant, corpus utiq; repleatur, & dum præmuntur à plenitudine uenæ, calor, ac dolor corpori acceſſerint, æſtate quidem citius, hieme uerò poſterius: & ſi calido adhuc exiſtente uentriculo* (paulò inquit inferius) *calidior, quàm opportunus eſt ſpiritus, homini accedat, nihil miri eſt, hominem, ex tali febrire. Cum homines laborarint* (repetit num. 25.) *quibus ſanè maximè ſanguinis afflictio contigerit illic firmatur; ac caleſcit, & ex hoc dolor oboritur; ſi autèm aluus, & ueſſica non breui copiam expulerit, febris ex hoc ir-*

Febris ex ciborum plenitudine.

Febris ex labore quõ.

H *ruit, & ſi quidèm prior humor æqualis fuerit nequaquam, ſi uerò in labore ipſorum plurimus in corpore permaneat, ſuperat ille; quæ febris hoc modo oboriens, nequè periculoſa nequè fortis eſt. At ſi caleſcente ſanguine* (ſubdit) *exalat maximè per hunc humor aquoſus, qui febri eſt infeſtiſſimus, remanet pinguis, & leuis, qui eſt bilioſus, & febris maximè nutrimentum, & attenuatus hic bilioſus humor, corpus magis calere facit: Ego* (textatum reliquit lib. de veteri medicina num. 30.) *hoc maximum ſignum eſſe puto, quod non propter calidum ſimpliciter homines febricitent, neq; hoc ſimpliciter ſit affectionis cauſa, ſed eſt amarum, ac calidum idem, & calidum, & acidum, & ſalſum, & acidum, & alia infinita, & rurſus frigidum cum alijs facultatibus coniunctum. Frigeſcente ſanguine* (affirmat 1. de morbis num.

Bilis nutrimentũ febris.

Cur homines febricitent.

Rigor quãdo fiat in corpore.

num.2.) *necesse est, & reliquum totum corpus perfrigerari, & ubi huiusmodi quid factum fuerit rigor appellatur, & siquidèm uehemens fiat rigor, uehementior etiam est tremor; nàm dùm contrahuntur uenæ, sanguine, & coacto, & congelato, corpus, & contrahunt, & tremere faciunt; uerùm cum sanguis percaluerit, & uim depulerit, & rursùs ad suam naturam redierit, concalescit simùl, & pituita sanguini permixta, & sanguis ipse seipso multipliciter calidior euadit, his igitur percalefactis, necesse est, febrem succedere, post rigorem præ sanguinis caliditate. Cum igitur bilis* (confirmat num. 28.) *commota ad uenas, & ad sanguinem ingressa fuerit, sanguinem ex consueta compage, ac motione dimouet, & seorsùm facit, ac calefacit, calefactus autèm, etiam reliquum totum corpus incalescit, & desipit homo, & non sibi constat præ febris copia, & sanguinis ad serositatem trasmutatione, ac motione, non solita contingente. Cum bilis commota fuerit per corpus* (addit num.27.) *& contigerit, ut uenæ, & sanguis attrahant bilem, eamq; plurimam ex carnibus, & uentriculo ad eum, qui priùs inest, utpotè cum etiam natura calidissimus sanguis in corpore existat, cum ita percaluerit ex carnibus, & uentriculo supra eum, quia inest, adhuc, magìs à bile percalesit etiam reliquum corpus, & fit febris.* Hæq; ac consimiles, Hyppocratis nr̄i extant authoritates, è quibus meridiana luce clariùs spectatur, dari ex humoribus febres, quæ sola eorundem fiant, alteratione, incalefactioneq; ac vstione (vtì infrà patebit) absq; vlla ipsorum putredine, ac corruptela. In quarum sanè authoritatum explanatione, non est vt insistamus, cum singulę penè voces alterationem, incalefactionemq; nobis demonstrent humorum, non autèm putredinem, vt perperàm quis posset existimare, & propterea accedentes ad Galenum, hic admittens, & ipse dari quandoq; humorales febres ex simplici humorum alteratione, apertè 10. Meth. hanc vnam veritatem affirmat; loquens namquè de iuuene ætatis suæ vigesimumquintum annum nato, calido, & sicco temperamento donato, musculoso vt cane, longo itinere defatigato, cogitabundo áliquì, cura ac sollicito mœrore confecto, &c. *Quippè* (textatus est) *æger is, quem ante descripsimus, exemplo omnibus est, qui proptèr siccitatem, à principio cibo indigent, etiamsi febricitare iam incipiant, nàm cum accenditur in his febris, proptèr mordentem acrimoniam, excalfacti, attenuatiquè ex sole, & inedia, & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum; sicut è conuerso ubi, ob copiam, uel obstructionem, uel phlegmonem, uel ut semèl dicam humoris alterius putredinem febris est orta, maximo malo est cibus.* ex quibus Galeni verbis, febrem dari, ex sola humorum accensione, calefactionequè absq; putredine, cum vnusquisq; dignoscat, non enim humidum victum approbasset Galenus, dicamus optimo iure, factum à nobis fuisse, vt

Post rigorem cur calor.

Homo qñ desipiat in febre.

Sanguis natura calidissimus ex Hyppo.

Conclusio ex dictis.

Gal. doctr.

Eiusdē sētentię confirmatio.

A E vt, & in putridas, ac minus putridas, humoralium febrium dissecaremus genus, eoq; magìs cum, vna bilis sanguini, pituitę, vel melanchoniæ admixta, potissimum ex Hyppocratis doctrina, febrium omnium censeatur alimentum. τὸ δὲ χολῶδες (dicens) διὰ τὸ λιπαρὸν, καὶ κοῦφον εἶναι τῷ πυρὶ τροφὴ μάλιστά ἐστιν. .i. *Bilis enim reliquos ad instar sulphuris igni concipiendo, & conflagrando idoneos facit.* scilicet humores, propter suam oleositatem, ac mobilitatem. Sed ad Galenum, loquens hic secundo de simplic. medicam. facultat. cap. 14. de febribus vrentibus. *Putrefacientia* (inquit) *uocantur, non quidèm utentes nominis propria appellatione* (*nàm* B F *quæ sunt putrefacientia, humectantia cum calefactione sunt*) *tamen eodem modo uocamus, proptèr symptomatis similitudinem*. ex qua Galeni colligitur, doctrina; humorales febres omnes, appellare medicos solitos esse, putridas; non solùm, quæ à putredine vera dependent, sed, & quę ex exustione: ità vt, propter similitudinem accidentium, quæ visuntur in verè putridis, & in putredine carentibus, sed solùm exustione humorum concitatis, humorales febres omnes putridas, appellare medici soleant. Alexander Trallianus, videns haud à ratione alienum fore, febres asserere, ex humorum excitari posse vstione, excandescentiaq; hæc monumen-
C G tis literarum lib. 12. cap. primo commendauit. *Non desunt, qui in uniuersum febrem numquàm, à putredine fieri pronunciant, Nàm humores in uenis excandescere, non putrescere dicunt, quæ sententia, etsi omninò uera non sit, cum à putredine etiàm fieri febres posse monstrabimus, attamèn haud aspernenda, tanquàm rationibus, & authoritatibus sit munita*. hęc illæ, rationes autem, vt ad has tandèm descendamus, quas adducit Trallianus, ex istis depromantur: De vera loqui volentes putredine quæ, vt Aristoteli placuit, necnon Galeno: *Corruptio est caloris natiui in unoquoq; hum do, à calore ambiente*, siuè vt proprijs
H vtamur Arist. verbis. φθορά τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑγρῷ οἰκείας, καὶ κατὰ
D φύσιν θερμότητος, ὑπ' ἀλλοτρίας θερμότητος; certè haud in febribus (salutaribus præsertìm) putredine isthac corripiuntur humores, quoniam agens ambiens calor, siuè extraneus in humidum quodcumq; natiuum, calorem ità extrahit, humidumquè depascit, vt quod putrescit singulis momentis, siccius euadat, donèc ad extremum toto dissipato humido εἰς γῆν, καὶ κόπρον desinat mixtum: quem portò finem, cum numquam in salutaribus febribus sortiantur humores, dicamus ad omnem tollendam difficultatem; quòd cum humoralium febrium, quædam fiot salutares, quędam non; salutares ab humorum produci exarsione incendioq;, minùs salutares, eorundem putredine, ac corruptela.

Quò i

Bilis febriũ omnium alimentũ.

Febres vrentes ex Gal. quæ.

Alexandri Tralliani doctrina.

Putredinis definitio.

Putredinis finis.

Quod quiſpiam ſi nunc velit aſſeuerare, & exarſionem, ſiuè vſtionem, atq; incendium, putredinem eſſe; ex vtriuſq; diſcrimine, ſapientioribus iudicandum relinquimus; vſtio .n. (non de vera loquimur, nàm hęc intra corpus nõ datur) cum ipſorum humorum, à propria temperie, ad calidum fit mutatio, ab extraneo aliquo, vel exurente facta calore, abſq; vlla putredinis nota; non facilè patet, quomodò huiuſmodi confundi posſint voces, putredo, ac vſtio; efferueſcentiam ebullitionem, ſuperaſſationemq; ac nimiam quampiam calefactionem, vſtionis nomine (vnà cum Auer. 3. colliget cap. 4.) nobis volentes, à quo Auer. didicimus, humorales etiam concedi febres, non ex humorum putreſcentia, ſed exarſione, atquè combuſtione, vtì rationibus, & authoritatibus hactenùs explanatum habemus: Scribit etenim, eo loci Auer. quòd, *Quãdò cauſa caloris extranei, ſit à calore, tunc ſuperuenit membris aſſatio, atq; combuſtio, ſed non putrefactio*, propterea ergo non eſt ex necesſitate, vt omnis calor extraneus, aut omnis febris ſit putredinalis, & maximè cauſus: Concludamus igitur poſſe febres in humoribus accendi, abſq; eorum putredine, quotieſcumq; per bilem efferuẽtem, ebullientemq;, reliquis huiuſmodi efferueſcentia, & ebullitio fuerit communicata, necnon quotieſcumq; aliqua in corpore fuerit obſtructio, qua non liberè, qui continentur in vaſis humores traſpirent; hoc enim modo, nulla occurrente externa cauſa, ſua ipſorum, vel multitudine, vel crasſitie, vel lentore, obſtructionem in finibus vaſorum creant, tumq; calidiores ob reflexum calorem redditi, febrem accendunt, nondùm putridis effectis humoribus. Atq; in hac concluſione, conſentientes viri grauisſimi. Nicolaus Florentinus ſumma eius 4. cap. 2. apertè ſubſtinet, quod quemadmodùm accendi poſſunt ſpiritus, abſq; eorum putredine, & genus conſtituunt febrium ſpirituoſum, ſic accendi poſſe atq; humores, dictis de cauſis, abſq; quod vlla eos inuehat putredo; & Auicennas prima fen 4. tract. 3. cap. primo, ex prima humorum ab eo facta diuiſione, febres ſtatuit excitari, tùm putredinis, tùm ebullitionis, idemq; Galenus primo de different. feb. 5. loquens de humorum incalefactione, humores abſq; putredine accendi, & febres producere animaduertit, & ex copia ſanguinis, & feruore febrem oriri, calidisſimam admittens, ſecundo de differentijs febr. primo, & 2. de cryſibus 6. vnà cum Hyppocrate libro de natura humana, ex ſincerisſima bile febres, quæ Synochi dicuntur, produci affirmat: cum accesſionis remisſio ex feruentium humorum traſpiratu contingere ſoleat, non traſpirant autèm in vehementi ſtipatione, neceſſe eſt plurium dierum fieri accesſionem

Marginal notes: Vſtio quid. — Auerrois doctrina. — Febres abſq; putredine quandò cõcitentur. — Nicolai Florentini doctrina. — Auicennę doctrina. — Humores abſq; putred febres excitare. — Synochus ex Hypp. vnde.

Margin letters: A, B, C, D

E accessionem, scriptis mandauit 9. Meth. Gal. à quo discere possumus, modum continentium febrium citrà putredinem, nō in sanguine solo, vel bile, vt admittit Hyppocr. sed humoribus omnibus admixtis, minùs trāspirationi ob stipationem, expositis. Quid qꝫ, si cum Hyppocrate stare velimus, excitatur ab efferuescente bile, absq; putredine, non solùm synochos dicta febris, sed, & καῦσος nūncupata à Græcis, ardens verò à latinis, quam sanè febrem ipsa etiam accensa constituit, pituita. *Cum bilis, aut pituita calefacta fuerit, totum reliquum corpus incalescit, & uocatur hoc febris*, 1. illo de morbis mandauit memoriæ Hyppoc. qui 4. victus acutorum, causum alterum ex bile sinceriore, alterum ex pitutosiore conceptis verbis admisit; adeò vt cum prçter bilem, accendi possit, & pituita, accensioni omninò aduersa, dicendum, & melancholiam efferuescere, proprieq; aduri, easq; excitare febres, quas; ab eiusdē largo modo sumpta putrescentia, excitari posse in sequenti videbimus. Non ignorandum interim ex Archangelo Mercennario, philosopho eminentissimo, disputatione illa de putredine, aduersus Erastum cap. 10. vbì difficultatem hanc inter medicos animaduertit, quòd postquàm verç putredinis propriæq; dictæ attulit definitionem; loquens de putredine quæ dicitur secundùm partem. *Elementorum, hæc inquit, putredo, quæ est secundum partem succis etiam, & humoribus communis etiá est, ex quibus putridæ febres oriuntur humorales, enimuerò horum putredo, quæ morbosa dicitur, nil aliud est, nisi alteratio quædam, recessusq; à propria ipsorum natura, & temperamento: non enim dum humores putrescunt omninò intereunt, sed secundùm partem prout alterantur, & à naturali statu dimouentur, à quo sanè interitu, & putredine, si citò remedia adhibeantur liberari possunt*. Hæc ibi Mercennarius à quo intelligere possumus, humores in febribus secundùm partem putrescere, putredinem hic appellans, cum Arist. 1. de gener. & corrupt. contextu 2. alterationem, ac mutationem secundùm accidētia, quamquè exprimens paulò infrà. *Fit autèm* (inquit) *humorum putredo per alienæ materiæ commixtionem, ut per commixtionem unius humoris cum altero, ratione cuius à propria natura, & temperamento dimouetur, necnon per caloris intensionem, cum enim calor plus iusto adaugetur, igneusq; efficitur, humorum morbosa oritur putredo, ità ut putredo hæc exustioni potiùs, quàm putredini similis esse uideatur:* In qua sanè assertione, quantùm nostræ accedat Mercennarius sententiæ, decernenti, humores in febribus (salutaribus tamèn) vstionem potiùs pati, proindeq; alterationem, quàm veram putredinem, quià iam satis patescit; dicamus pro dictorum conclusione, statuisse nos vstionem, qua humores in febribus corripiuntur, esse mutationem, quoniam ad

Bilis, q̄ causa feb. ardentis.

Causus duplex ex Hypp. & qui.

Archang. Mercēnarii doctr.

Putredo in humorib' quomodò fieri possit.

F

G

H

E Aristotelis, Galeniq; mentem, in putredinis allata definitione; in qua dicens Galenus, mutationem hāc ad corruptelam, esse putrescentis corporis, Aristoteles conscripsit esse, caloris natiui in vnoquoq; humido, quod paritèr cum totum necessarium sit putrescere, quando corrumpitur, hinc fit, vt idem statuat Aristotelis, atquè Galenus, putredinis siuè corruptionis, commune subiectum: & quò tandèm ad causam, agnoscens hanc Galenus, calorem externum, Aristotelis alienam ambientis agnouit caliditatem; vt propterea cum inuicèm conueniant Philosophię, ac Medicinæ principes, dicamus definiuisse putredinem Galenum, citato Methodi loco, in gratiam febrium putridarum, quę à putrescente in corpore mixto, traducunt exordium, definiuisse verò philosophum 4. Metheorolog. cap. 2. in gratiam mixti, vt mixtum est. Quamobrèm meritò eo loci conscripsit Galenus, repetitq; 2. Method. 8. quod alter quidèm alienus, ac præternaturam excitatus calor; primùm quidèm ipsos succos propter humiditatem, & putrefacit, & corrumpit, spatio verò tùm adipem inuadit, tùm carnem, iam verò, & adeps, & caro, atq; humores, mixti corporis naturam subeunt, atquè conditionem, ex qua licebit nobis inferre, quòd quæcumquè dicta sunt ab vno Aristotele, in gratiam corruptionis (generationi aduersę) mixtorum corporum, hęc eadem dicenda se præbent, de humorum in febribus, putredine; cuius cum constet forma, quę est corruptio proprij caloris, vel mutatio ad corruptelam, manifestum cum sit subiectum, quod est corpus quodcumquè humidum, non lateat efficiens, quod calor extat extraneus, finisq; cum Aristotele, sit fimus, ac terra, quem Galenus subticuit, quia ob nimiam putrescentium humorum humiditatem, numquàm in fimum, ac terram conuertuntur humores: omnis hinc intèr medicos, atquè philosophos auferatur discordia, locata in ea difficultate, in qua reuocatur in dubium, an eadem sit putredo humorum, febrium putridarum, ac aliorum mixtorum: quandoquidèm cum id solùm versetur discriminis, circa maiorem, vel minorem corruptionem humorum, atquè mixtorum quorumcumquè corporum, haud ex hoc potest inferri, aliam esse putredinem humorum, & aliam mixtorum aliorum quorūcūq; corporum; quocircà cum magìs, & minùs differre nō faciant specie, minime etiam specie different inter sese putredo humorum, definita ab ipso Galeno, & putredo mixtorum definita ab Arist. licèt alio nomine (vt dictum) definita sit, ab vno, ac altero medicinę, ac philosophię principe: Quā veritatē adinueniens nostra hac tēpestate Ill. Iacobus Zabarella, in suo Naturalium

F: Putredo definita à Gal. quo nomine.

G: Quicquid dixit Arist. de putred. mixtorum idem Gal. de putred. humorum

H: Putredo humorum & mixtorum eadē.

quęstionum

E gant medicum, quæq; mirumimmodum patientem infestant. Putredinis hoc in febribus, discrimen agnoscens Gal. 1. de different. feb. 6. *Quotcumq;* (admonuit) *in abscessibus putredinis, sunt differentiæ, totidem, & in febribus, quæ ex putredine accenduntur, sunt in urinis eorum, quæ apparent, formæ*: iam verò, cum multiplex sit putredinis in abscessibus differentia, vt ex pure colligitur, quod quandoq; laudabile est, & opus naturalis caloris existit; quandoq; ità malignum, ac fœtidum, vt abradendi vim habeat; sequitur, & in febribus, non vnam, eádemq; semper esse putredinis, formam. *At talis* (dicit Galenus, loquens de imperfecta putredine citato nunc loco) *quidèm* F *putredo, non simplicitèr quidèm putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis, nàm adhùc ui coquendi uasorum, remanente, qui interim putrefit humor, ad talem peruenit alterationem*: loquens verò, de perfecta; *Sed, & aliud* (scribit) *est putredinis genus, cum ea uis, cui coquendi officium est demandatum, adeò imbecillis facta est, ut nullam ampliùs facere possit, in putrescente superfluitate, ad optimum, trasmutationem; quod quidèm usu cõtingit nonnumquàm, cum eadem uis ad ultimum imbecillitatis peruenit. etiã si id, quod putrescit, mediocritèr sit uitiatum: Huiusq; superfluitatis putredo, neq; consistentiam, neq; colorem, aut odorem habet unum, sed sempèr secundùm substantiam putrescentem permutatur, ac multis modis euariat illud,* G *quod putrescit*: ex qua Galeni verborum serie, cum colligatur, quicquid in animo nobis est, de ipsa, humorum in putridis febrib', putredine; dicamus cum Gordonio, qui doctissimè controuersiam omnem, inter medicos abstulit; quòd duplex est putredo, quędam per viã ebullitionis, & talis nõ inducit fœtorẽ, estq; talis in febribus; & alia est, quæ est substantiæ corruptio, & talis inducit fœtorem: & ideo, quandò in febribus continuis apparet fœtor, signum mortis est; quoniàm non solùm significatur ebullitio, sed substantiæ humidę corruptio. Est autèm humoralis putrida febris, extraneus, & ipsa calor, vel calida cordis, ac totius intemperies, quæ H dependet, ex imperfecta humorum fluidorum putredine, primò, & per se, ad instàr aliorum morborum vitales, ac naturales offendens operationes: in qua definitione, cum omnes ferè innotescant particulę; dicamus pro dictorum omnium confirmatione, dixisse nos, febrem putridam humoralem, dependêre, ab imperfecta putredine, quoniàm simplicitèr putridæ febres, in hoc à pestilentialibus differunt; quòd in his, excellens, atq; ad natũram perfectæ putredinis accedens, consistit putredo; quę cum neq; in humoralibus, ex humorum incẽdio obseruetur; hinc factum est, vt ab imperfecta putredine, putridas simplicitèr humorales febres produci, conscripserimus: addidimus vero, putredinem hanc imperfectam, in

Vrinarum varietas in febribus.

Putredo imperfecta ex Gal.

Putredo perfecta ex Gal.

Putredo duplex ex Gordonio.

Febris putrida quid sit.

Putredo imperfecta cur in putridis simplicitèr.

Feb. putridarum humoralium subiectum.

fluidis, sitam esse humoribus, putridarum vt innotesceret, humoralium subiectum: & ad differentiam humidi natiui, ac congelati carnis. s. & adipis: modus putredinis cum innotescat, sitq; ex dissolutione, vel saltèm alteratione, partium componentium elementalium, facta, à dominio passiuarum qualitatum, supra actiuas, proptèr ambientis calorem, vel calorem ipsum extraneum, corporis penetrantē meatus, sensibilitèr, vel insensibilitèr, quocumq; accedat modo, diligentissimè ab Auicenna proposito lib. 4. fen 1. trac. 2. cap. 1. à Gal. effurato 8. de compositione medicament. secundum loca; lib. de inæquali intemperie cap. 2. 9. Meth. 9. ac 3. de tuēda sanitate cap. 10. quib⁹ in locis τὴν ἐμφραξιν, & στέγνωσιν, pcipuam humoralis putredinis agnouit, causam: quot febrium putridarum, imperfecta isthac putredine, sint species videndum. A B

Humores quomodo putrescant.

EX eo quia, sanguis dùm putrescit, uertitur in naturam bilis, aut melancholiæ, decernitur, tres dumtaxàt febrium humoralium, primas esse differentias, in quibus ratio diuersitatis, in continuitate, intermissione, simplicitate, duplicitateq;, ac alio quocumq; discrimine, indagatur. *Cap. VI.*

PRIMAS, humoralium putridarum febrium, species, volentes inquirere; an sanguis, inter humores, eâdem, qua reliqui omnes corripiuntur, putredine, corripiatur, & ipse, animaduersione dignum occurrit in primis; si etenim vna eademq; humorum omnium extat, putredo; nulli dubium, tot, putridarum febrium, futuras species, quot humorum: sanguinem igitur, putredini esse subiectum lege definitum extat antiqua; nàm necessum est, vt omnia orta occidant, communisq; rerum omnium occasus, putredo censetur; & propterea, modum assignans Gal. quo sanguis putrescit; ab aliena caliditate, putredinem sanguini aduenire commonefecit; vt in solis deustionibus, in pestilenti, & suffocato aëris statu, & in febribus vniuersis, quacumq; ex causa productis, necnon inflammationibus, cum sanguis videlicet ipse, ob prohibitam traspirationem, non potest difflari; ex cuius tamèn putredine, febres simpliciores, quàm ex alijs humoribus fiunt, accessionum proportionem, tertiano præcipuè circuitu assumentes, hæc 2. illo de diff. feb. cap. 9. Gal. à quo, cum habeamus, sanguinem putrescere, id solum discriminis, ex eodem colligimus, quòd putrescens sanguis, febres cum hic producat simillimas tertianis; in sanguinis putredine, & ad sanguinis putredinem, bilis, à qua tertianę excitari solent, generatur; non autèm alia vlla ex sanguinis putredine, consequitur C D

Sanguis qua lege putrescat.

Libr. 2. de f.b. cap. 9.

Febres ex sanguine putrescente, quę.

E sequitur febrium species; quæ putrescentem sanguinẽ, absq; quòd in bilem vertatur, possit arguere. Victor Trincauellius nostram confirmans sententiam. *Quamuis* (ait) *febris hæc, quæ inter putridas recensenda est, ex sanguine putrescente accendatur, nemo tamèn est, uel mediocritèr in Galeni decretis uersatus, qui nesciat illi, hoc ab omnibus in præsentia attribui, quòd sanguis dùm putrescit, non ampliùs sanguinis propriam naturam seruat, sed quod in eo tenue, & ichorosum est, uertitur in bilem; quod uerò est crassum, uertitur in melanchollicum succum, undè id genus febris, in eas refert, quæ ex putrescente bili gignuntur, cum iam in bilem sanguis transcat*, ex qua grauissimi authoris sententia, cùm clarissimè habea-
F mus, sanguinem, cum ad putredinem accedit, conuerti in bilem; vel melanchollicum succum; genusq; excitare febris, quæ ex bile producitur; hęc autem tertiana fit: dicamus, nullam, ex putrescẽte sanguine, determinatam humoralium putridarum, oriri febrẽ; sed tertianam, aùt quartanam, iuxtà naturam humoris, in quam putrescens inclinat, sanguis; Atquè ipsissimam hanc veritatem videns Gal. 2. de differentijs feb. 8. *Neq; enim* (scripsit) *plurima est earum multitudo, cum omnes tres numero existant, & quæ ex amara bile, & quæ ex atra, & quæ ex pituita generatur, quarum singulæ duas habent diffe-*
G *rentias, continuæ. s. atq; intermittentis; ad eò ut omnium, quæ ex humorum putredine ortum habent, fiant sex numero differentiæ.* hucvsq; Gal. qui primam humoralium putridarum proponens differentiam, & in biliosas, & in pituitosas, & in melanchollicas, quodammodò diuisit, in continuasquè ac intermittentes, subdiuisit. Sed de re vili satis, omnes. n. norunt, & Gal. libr. de elem. ac de natura humana adnotauit, quòd sanguis prætèr naturam, cum fieri possit, aut simplici alteratione, & permixtione aliorum humorum; aut quandò in eo permutatio fit, ad aliam substantiam: ex simplici sanguinis alteratione, secundùm spirituosam præcipuè partem, de spiritua-
H lium genere producitur dicta Synochus; ex permixtione, cùm alijs humoribus, Synochus de genere humoralium, non putridarum oboritur; ex mutata verò substantia, nulla putridarum emanat, quarè tres tantum numero erunt febres à bile, pituita, & melancholia productæ. De intermissionis, atq; continuitatis causa, proponenda nulla. Sentimus igr̃ (quicquid alij dicunt) cum Galeno secundo de different. febrium primo, & secundo de crysibus 6. necnon capit. vltimo pręcitati libri; continuitatem febrium prouenire, ex diuersitate loci, in quo humores putrescunt, ab ipsis intermittentibus,ità vt, harum putredinis locus, sit extra venas, ad intrà, verò illarum: ratio verò, cur ex humorum putredine, exarsioneuè, aut incendio, in non putridis, ad intra

Sanguis dum putrescit transit in alium humorem.

Febris nùlla ex sanguine ex sui natura.

Febrium humoralium primæ differentię.

Sanguis vt fiat prętèr naturam.

Synochus spiritualis, & humoralis vndè.

Contra Laurentiũ Ioubertũ in paradox. dec. 2. cap. 3.

 venas,

Continuitatis ratio in febribus.

venas, febris excitetur continua, συνεχεῖς dictitata, à Græcis, indè A dependet; quòd febris, calor cum sit extraneus, accensus in corde, delatusq; in totum corpus, per venas, & arterias, &c. ob continuitatem, quam venæ, arteriæq; habent cum corde, putredine, existente in vtrisq; continua producitur febris; continuis namq; à venis, & arterijs ad ipsum cor, eleuatis vaporibus; febrem oriri continuam necessum est: quòd si aliqua, in continuis animaduertatur remissio, auctioq; ; has ex humorum aduentāte, vel discedēte copia, pendêre dicendum: verùm de diuersitate, quę in continuis appareat, infrà: Ortum ducunt intermittentes, ab humorum peccato, ad extrà venas, oppositam prorsùs ob causam; quià .s. haud conti- B nua ad cor, humorum, seu vaporum subministratur eleuatio, qua in extraneo illo calore, perpetuò pars deteneatur ac totum, cor inquam, ac corpus. *Febres, quæ ad infebricitationem deueniunt* (dicebat Gal. 2. de crysibus 6.) *& tertianæ, & quotidianæ, & quartanæ eandem hypostasim cum continuis habent, uno solo inter se differunt, quòd per uenas, uel per totum corpus, per carnes præcipuè deferuntur humores:* & 1. ad Glauconem 5. clarius adhùc loquens, & lienem in quartana, & hepar in tertiana, vtì, & ventriculum in quotidiana, affectum esse perscripsit; quibus omnibus partibus, si addere nos velimus, in intermittentibus maximè febribus, mesaraicas venas esse affectas, à C veritate non recedet hic sermo. Meserei enim si obseruetur substantia, quæ mollis, spongiosa, ac debilis est; & proindè apta, ad suscipiendam putredinem, quæ à valentioribus trasmittitur; rationi consentaneum videtur, tùm ex ratione allata, tùm ex tensione, quę ea apparet in parte, tùm ex indicatione, sumpta ex iuuantibus adhibitis; mesareum, esse partem illam, in qua humores putrêre solent, in intermittentibus. Est autem putrida intermittens febris Gal. authore, 1. ac 2. de different, feb. cap. 1. febris illa, quę ad infebricitationem deuenit; & in qua, dicta iam à nobis φλόγωσις, D vicissim soluitur, & certis quibusdam interuallis recurrit: At cōtinua huic, opposita ex 2. de crysibus 6. est, quę ad infebricitationem (ἀπυρεξίαν dictitant Greci) antequàm ex toto soluatur, non desinit, etsì declinatio aliqua sensibilis appareat. Cœterùm vlteriùs antequàm procedat hic stilus; animaduersione dignum occurrit, vt cum quælibet prima febrium differentia, tertiana, quotidiana, siuè quartana existat, intermittens, vel continua; exquisita esse posit, vel non exquisita (quæ nota dicitur) simplex, in vna propria differentia, aut composita cum altera, cum secunda, vel tertia, & duplex vel triplex: paucis discrimen hoc vniuersum, febribusq; vniuersis commune, aperire tentemus: & propterea à Galeno

Auctio atq; remissio in continuis.

Intermissionis ratio in febribus, quę.

Viscera pręcipua quæ afficiuntur in feb. omnibus.

Mesareum quomodo afficiatur in febribus.

Febris intermittens & continua quæ.

Tertia feb. humoral. subdiuisio.

E Galeno non recedentes, ex huius, 2. de differ. febrium cap.8. decernimus, sententia; ab humorum putrescentium multitudine, putredinis qualitate, ac quantitate, modo motus, particula, in qua fit putredo, simplicitate, vel eorundem, cum alijs admixtione, varietatem omnem in putridis humoralibus febribus proficisci: A multitudine quidèm, quoniàm si bilis (vt de prima febrium differêntia, quę à bile procedit, instituatur oratio) exigua sit, fit tertiana exactè exquisita, si copiosior simplicitèr dicta exquisita ἀκριβεῖς, & γνήσια à Gręcis: si copiosissima, tertiana extensa vocata, producitur; A putredinis qualitate, quià si putrescens bilis, sit nō
F admodùm calida, tertiana oboritur simplicitèr appellata exquisita, si calidior exquisita exactè, si calidissima causon: A quantitate, quę cum qualitate in præsenti confunditur, ex magna putredine, siuè exquisita, exquisita putrida emanat febris; ex non exquita, seu imperfecta, minùs exquisita producitur eadem: ex modo motus, quoniàm, si putrescens humor citiùs moueatur, citior fit paroxismus, atq; anticipat, si tardior, & paroxismus fit tardior, atq; postponit. Ex particula, in qua fit putredo, non exigua in febribus, generis cuiusq; apparet discrepantia; quoniam non solùm si vnica sit particula, in qua sita est putredo, simplex producitur febris, & si
G duplex, gignitur duplex; Verùm maximi, quod extat momenti, iuxtà locum putredinis, in febribus, obseruatur varietas, collocata potiùs in motu febrium, quàm altero, allatorum discrimine: & propterea si putredo fiat in toto, pestilens oritur maligna, Si verò in parte, quia partes corporis maiores, aut minores continent venas, propinquas adhùc, aut remotas, à corde: Putredo humorum, in maioribus, si accidat venis, cordiq; propinquis, febres oriuntur continuæ, absq; vlla paroxismorum exacerbatione, quas ardentes, ac deurentes appellat, citatis locis Gal. quòd si putredo, acci-
H dat in venis minoribus, atq; à corde remotis, febris producitur continua, iuxtà naturam peccantis humoris; verùm cum aliqua paroxismorum exacerbatione; quòd, si extra venas putredo fiat, intermittens efficitur, maiorem, aut minorem obtinens intermissionem; iuxtà maiorem, vel minorem, quam cordi habuerit, putrescens humor, vicinitatem. A simplicitate demùm, admixtioneq; putrescentis humoris, discrimen spectatur insigne, quoniàm, si putrescens humor sit simplex, exquisitam, vnius, vel alterius febrium generis producit, febrem: si verò cum altero admixtus, spuriam nuncupatam, ac notam, quid autèm vnaquæq; sit in sequenti patebit.

Tertiana exactè exquisita. Tertiana extensa. Tertiana simplicitèr exquisita. Exquisita exactè. Putredo exquisita, & non exquisita. Paroxismorum tarditatis ratio. Simplicitatis, & duplicitat. in febribus ratio. Pestilens maligna quando. Continua absq; exacerbatione. Continua cum exacerbatione. Intermittens febris. Exquisita vnius generis. Spuria, & nota.

TERTIANAE febris in genere allata definitione, cur bilis de tertio in tertium, pituita quotidie, melancholia de quarto in quartum, faciat accessiones, ac quid tertiana sit quæcumq; in specie, definitur. *Cap. VII.* A

IACTIS fundamentis, discriminis cuiusq; apparētis in febribus; doctrinæ inuitat nos ordo, vt essentiam earundem specificè magis in præsenti attingamus, quamobrem, à tertiana, quæ τριταῖος nuncupatur à Græcis, sumentes exordium Est tertiana febris, intemperies, & ipsa, calida per se, sicca, & per concomitantiam, & per humoris naturam, à qua ꝓcedit, à bile inquam, de tertio in tertium, B affligens, primò ac per se lædés operationes &c. atq; hæc communis sit definitio, febrium omnium quę ad primam hanc, putridarum humoralium attinent, differentiam: tertianam inquam in genere: Dictum igitur est, febrem tertianam, intemperiem esse calidam, & siccam; tùm quia, & generis, & speciei cuiuscumq; febrium forma, in caliditate locata est; tùm quià, ex necessitate, febris hæc, cum à bile procedat; calidam, & siccam, ipsius bilis cōsequitur naturam; additum est, à bile tertianam procedere, & ad differentiam quotidianæ, quę à pituita dependet; atq; quartanę, C quę à melancholia producitur, quæ autem sit bilis, quæ tertianas omnes producere apta est consulatur Gal. 6. epidem. com. 5. tex. 14. vbì, bilis data distinctione in naturalem, atq; excrementitiā, hac subdiuisa, quæ febres tertianæ producantur ex illa, patescit; constatq; clarè, mitissimas febres à bile naturali procreari, sæuissimas, à præternaturali. Addidimus, tertianam febrem, de tertio in tertium, magis affligere, ad maiorem, primarum differētiarum febrium, ad inuicem distinctionem. *Etenim, cum quis indicare uoluerit* (adnotauit Gal. 2. de differ. feb. 8.) *qualisnam sit febris ægrotantis, hoc diligētiùs efficiet, accessionis, atq; intermissionis spatium ostendendo, quā si nomen certum, ac præfinitum, quod idem commonstret, inuenire studuerit.* D Ratio autem, huius, de tertio in tertium afflictionis est (vt, & pituitosi humoris, quotidiè, melanchollici verò de quarto in quartum) particularis, vnicuiq; horū humorum, insita natura, ac multitudo; vndè bilis, quià in minori est, quàm pituita, copia; in maiori, quàm ipsa melancholia, accessiones tardiores facit, ac rariores pituita; crebrioresq; melancholia: quòd si naturā, singulorum, ad putredinem concipiendā, spectare velimus; quoniam melancholia maximoperè putredini resistit, hinc fit, vt tardiores suas habeat, accessiones; quia pituita minimùm, propterea crebriores; qm̄ verò bilis mediam obtinet, intęr pituitā, atq; melancholiā, naturam; ob

Febrium forma quæ.

Tertiana à bile ex Gal. 2. de diff. febr. vlt.

Vt febrium differentię cognoscātur.

Bilis cur de tertio in tertium affligat.

Melancholia cur de quarto in quartum.

E ob id fit, cur hæc de tertio in tertium, pituita, quotidiè, melancholia de quarto in quartum, suas patienti afferat, afflictiones; ex quarum accessione, tertiana, quotidiana, atquè quartana febris, suum adepta fuit agnomen. Sed ad differentiam iam accedentes, quæ in tertianarum specie reperitur. Tertiana exquisita simplex intermittens, definienda est nobis. Insectantes igitur statutas in superiori capite, leges, statuimus, & in præsenti. Tertianam simplicem exquisitam intermittentem, intemperiem esse calidam, &c. de tertio in tertium affligentem, productam à bile putrescente, vel exardescente (si de humorali imputrida loqui velimus) in maiori F copia, absq; alterius humoris admixtione, extra venas, in vno loco tantùm, primò ac per se operationes lædentem, duodecim horarum non excedentem spátium, septimum non transeuntem periodum. Cuius definitionis particulæ cum plurimæ, ex iam dictis innotescant, earum attingamus explanationē, quę ad earum omnium febrium conducunt explanandam naturam; quæ ad tertianarum genus facili, vel negocio reducuntur: dictum itaq; fuit, febrem tertianam, (τριταιοφυῆν, etiam à Gal. appellatam 1. de morbis vulgaribus com. 3. eo quòd tertianæ naturam referat) à bile peccante in maiori copia dependêre, ad differentiam tertia-G nę exquisitæ exactè, & ad differentiā, febris tertianæ extensæ; quādoquidèm, hæc à maxima bilis copia producitur, illa verò à minima, quæ septèm horarum non excedit spatium; ità vt tertiana febris simplex exquisita, quò ad causam, à qua dependet, media sit inter tertianam extensam, & tertianam exquisitā exactè: additum fuit, exquisitam simplicem tertianam fieri, à bile pura, seu absquè alterius humoris admixtione, ad differentiam notarum, siuè spuriarum; quę ex miscela humorum adinuicèm traducunt originē; non subticuimus, exquisitam simplicem tertianā intermittē, emanâre, à bile putrescente, extra venas; ad differentiā cōtinuæ, quæ à H bile peccante in venis, & ad intrà, suum reportat principium: diximus, bilem hāc putrescere in vno loco, ad discrimen duplicis, quæ à bile, in duplici peccante loco oborit: additumq; à nobis est, tertianā hanc simplicem exquisitā, duodecim horarum nō excedere spatium, qm̄ vt Gal. cit. nuper placuit loco. Febris quæ intra duodecim horas cessat, exquisita appellatř tertiana: quæ verò accessionē habet plurimùm productā, paruū autē interuallū, ea iā tertiana appellatř ꝓducta; quæ ad integritatē nō venit, sed horrificas, primò die facit accessiones, altero simplicē vnā accessionē, semitertiana hæc dr̄, & adnotauimus eādē, definitā febrē, septimū nō trāsire periodū, ad diff. notatū, q̄ ipsū trāscēdūt. Atq; hæc, quò ad intellectū

F 4 particularum,

Febrium differentiis nomē vndè impositum.

Tertiana simplex intermittens quę.

Tertiana exquisita à bile sola.

Febris tertianæ exquisitæ spatium.

particularum, in definitione contentarum; ex quibus, cum colligatur essentia alterius cuiusq; speciei tertianarum, locatę sub prima febrium differentia, sub tertiana absolutè dicta reposita. Dicamus quòd tertiana exquisita continua intemperies est, &c. producta à bile pura, atq; sincera, peccante ad intrà venas, & has paruas, &c. ad differentiam Causonis, qui febris existens, de genere tertianarum continuarum notarum, vel exquisitarum, iuxtà simplicitatem, vel bilis cum altero humore, admixtionem, à bile dependet, putrescente in magnis venis, cui veritati innixus Gal. 3. de de regimine acutorum vlt. Causus inquit vel causon, hoc est ardens à latinis dicta febris, pura, & exquisita à flaua fit bile, putrescente in magnis vasis, non pura verò ex phlegmate salso, vel bile admixta cum pituita, & propterea καῦσος scripsit. 1. de morbis Hyppoc. magìs corripit biliosos, loquens de exquisito causo, corripit, & pituitosos, loquens de spurio; quam eandem repetens sententiam 4. acutorum, causum alterum ex bile sinceriori, alterum ex pituitosiori, conceptis verbis, descripsit; Cœterùm quòd causon de genere sit tertianarum continuarum, sicutì, & putrida Synochus, ex putrefacto sanguine, in naturam bilis conuerso, vel indè colligitur, quòd alternis diebus (ex iactis fundamentis discriminis, primarum febrium, differentiarum) exacerbationem habent manifestam; quę tamèn in biliosa ipsa synocho, multò obscurior est, & septem de se non pertransit dies, ad instàr exquisitæ tertianę; à qua in hoc differt, quòd causon, ex loco putrescentis bilis, absq; vllorum paroxismorum exacerbatione, procedit, tertiana verò continua, per subintrantiam paroxismorum exacerbatur: atq; hac occasione, de ardente febre, in genere tertianarum, contenta, sit pertractatum à nobis: differētię alię, tertianarum genus insectantes, cùm patescant ex dictis, epilogo concludamus, quòd tertiana febris, vel cōtinua extiterit, vel intermittens; & vtraq; exquisita, vel nota, simplex, vel duplex, & hęc etiam exquisita vel nota. Si continua, vel cum exacerbatione paroxismorum, vel absq; si cum exacerbatione paroxismorum, febris tertiana simplex erit continua, exquisita vel nota (vt dictum est:) si absq; paroxismis, vel Causus erit, siuè ardens, vel synochus appellata, acmastica, paracmastica, & homotona: Si tertiana sit intermittens, hæc erit, vel exquisita exactè, vel simpliciter exquisita, aut extensa; si ab exquisita fiat bile, absq; alterius permixtionis; vel nota, si cum admixtione alterius, simplex etiam vel duplex; & triplex, iuxtà duplicem, vel triplicem putredinis locum; quibuscum autèm vnaquæq; componatur, opportunum iam est, vt decernat oratio.

TERTIANARVM

[Marginal notes: Tertiana continua, quæ. — Causon febris, quæ. — Καῦσος .i. ardor, & ardens. — Καῦσος quibus accedat. — Καῦσος è genere tertianarū. — Καῦσου discrimen à tertiana exquisita. — Febrium tertianarū omnium epilogus. — A, B, C, D]

E *TERTIANARVM compositarum humoralium putridarum febrium inuestigatur natura, & quid compositio, confusioq; sit, ex Gal. inquiritur. Cap. VIII.*

SIMPLICES tertianas febres, nec plures, nec paucio-res esse, allatis; biliosi humoris, à quo dependent, nec minus, nec multiplex, nobis declarauit peccatũ. Quod itaquè ad compositas attinet; ὁμώνυμοι diluentes: Sciendum in primis aliud esse compositionem, complicationemuè, atquè complexionem, & aliud confusionem ipsarum febrium: complexionem appellat Gal. 2. de differ. febrium F 8. quandò febres, differentibus horis inuadunt: confusionem verò, quandò eodem tempore incipiunt; atq; exemplum apportans, complicatarum febrium, inquit cap. 7. citati libri. *Si pituita putrescens, ex qua, febrem illam quæ singulis diebus accessionem facit, accendi dicebamus, misceatur amaræ bilis humori, ex qua tertiana gignitur febris, duplex iam causa, & dispositio coniungeretur; Alter siquidè humor, affert quotidiè accessionem, alter uerò, tertio quoq; die; Itaq; alter quidèm dies, duas habet accessiones, altèr uerò unam tantummodò nisi accessionum tempora in easdem horas conueniant, si .n. conuenerint, fiet una febris confusa, quæ, neq; tertianæ, neq; quotidianæ, exquisitam formam præfert:* hæcq; ibi Gal. à G quo, cum explicatam habeamus essentiam, febris compositæ, atq; confusæ; videamus an febris tertiana duplex, à nobis appellata (eo quod duplex in die fiat accessio) de genere dici possit compositarum. Certè Gulielmus Rondoletius, pratèr explanationem hanc, à Gal. allatã, in gratiam cognitionis febrium compositarum, apportans, & ipse suam, lib. de curandis febribus, hæc nobis reliquit textata. *Cum compositæ febres simplicibus opponantur, compositæ erunt, quæ pratèr unius generis febrem sui generis, uel alterius unam, uel duas accessiones habent adiunctas, ut sunt duplices, uel triplices quartanæ, quotidianæ, uel semitertianæ omnes, uel febris cõmixta continuæ.* in quib' verbis, H compositionem, atq; complexionem, spectandam esse, non solùm in febribus diuersarum specierum, simùl vno, & eodem die infestantium, à diuersa tamèn depẽdentium peccantis humoris naturâ, sed eiusdem etiam speciei (ità vt tertiana, & duplex, & triplex, sic, & quotidiana, quartanauè hanc compositionem faciat) cum colligatur; dicamus breuioris doctrinæ gratiâ, Illas compositas complicatasq; esse febres, quę ex diuersis accidentibus sui generis, vel diuersi componuntur, quorum ratione, curandi etiam rationem medicus mutare tenetur: Eiusdem planè generis, & speciei compositio fit, dum causi duo, aut duæ tertianæ continuę &c. vel duæ tertianę intermittẽtes, vel quartanę tres, &c. simùl cõueniũt.

diuersi

Cõplexio feb. quæ.

Confusio feb. quæ.

Febres cõpositę quę.

Medicus in feb cõposi tione, vt curare debet.

Compositio f b diuersarum.

diuersi tùm generis, tùm speciei compositio fit, quandò tertiana intermittens, quotidianæ continuæ coniungitur; vt in febre, semitertiana à latinis nuncupata: diuersi autèm generis, & eiusdem speciei compositio fit, si continua tertiana, tertianæ intermittenti copuletur, vel causus tertianę exquisitæ, &c. eiusdem verò generis, & speciei diuersę, quotiès intermittens quotidiana, tertianę intermittenti coniungitur; vel continua quartana, continuæ tertianæ; vel quotidianæ fuerit adnexa: atq; in his, & ex his complicatæ, siuè compositæ veræ scaturiunt febres; inter quas assumentes, quę ad nostrum faciunt institutum. Composita febris, contemplationi hoc in capite subijcienda, tertiana extat cum quotidiana; cuius naturam volentes afferre, dicendum, ex tertiana, atq; quotidiana; hemitriteum compositam febrem, propriè insurgere, à putredineq; pendère, duorum adinuicem commixtorum humorum: neuè à Galeno nostra recedat doctrina, scribit Galenus 2. de different. feb. 7 vbì, & nomen, & rem huiusce assignauit febris. *Sicuti Semideus, dimidia quidèm parte Deus esse monstratur, cum uerò alteram hominis habeat, quæ in nomine omittitur; sic, & hemitriteus, dimidiam sui ipsius partem habet tertianam, alteram autem dimidiam, quotidianam continuam:* atq; hæc de nomine significauit ibi, rem verò proponens in sequenti capite inquit. *Quandò æqualis duarum febrium fit mixtura, quæ ex duobus humoribus æquipotentibus constat, qui cum admiscentur horrorem faciunt, cum neuter horum humorum bilis. s. & pituitæ alterum uincit, sed ambo æquipotens existunt, hoc tempore exquisitus est hemitriteus, talem formam repræsentans, qualem de eo Hyppocrates manifestauit cum primo epid. com. primo, tex. 23. in hanc deuenit sententiam. Erant uerò eorum plerisq; passiones huiusmodi, febres horridæ continuæ, acutæ omninò quidèm, non intermittentes; modus uerò erat hemitriteus, cum altera die leuiorem ferrent, altera uerò inualescerent, ac summoperè in acutiem augerentur.* Quamobrem accessio, ex vtrisq; commixta, quãdò humores fuerint æquipotentes exquisitam hemitriteum facit; dicimus exquisitam, quoniàm quandò alter humor euincit alterum; pituita scilicet bilem, vel è contra, non exquisita producitur. Cæterùm quià tertiana febris componitur cum quotidiana quatuor modis, Galeno authore cap. 7. lib. citati de different. febrium, vel scilicet quia tertiana continua, cum quotidiana continua iungitur, vel quia tertiana intermittens, cum quotidiana inteemittente adnectitur; vel quià tertiana continua, cum quotidiana intermittente copulatur; vel quià tandèm tertiana intermittens, cum quotidiana cõtinua admiscetur exquisitus hemitriteus est, cum quotidiana continua tertianæ iungitur intermittenti. *Necesse est igitur* (dicens Galenus)

Compositio tertianæ, cum quotidiana.

Febris hemitriteus.

Hemitritei exquisiti causa.

Tertianæ compositio cum quotidiana quadruplex

E lenus) *ſi horridus ſimùl, atquè continuus ſit hemitriteus futurus ex duabus ipſum febribus generari, quarum altera ſit intermittens, altera verò continua; atq; idcircò tertiana quidèm ſcilicet intermittens, cum quotidiana continua confuſa, facit hemitriteum, cum neq; utraq; continua, neq; utraq; intermittens queat febrem generare:* quarè verus hemitriteus, & exquiſitus erit, cum vna eademq; prima die morbi, acceſsio ſit tertianæ, & quotidianæ, ſecunda verò quotidianę tantùm, tertia vtriuſq; & ſic vtraq; progreditur vſq; ad infebricitationem, cui veritati innixus Hyppo. 1. epid. ſec. p. & 2. *Inuadebant (inquit) febres continuæ, quæ magis uno die affligebant:* nec ab Hypp. Gal. recedens. *Hemitriteus (cōſcripſit) eſt non intermittens, una die grauior, alia leuior:* Hemitritei tres Hemitriteus exquiſitus qui. Hemitriteus Hyp.

F ſunt differentiæ parua, media, magna, longitudine, & breuitate, quælibet differens: verùm de compoſitione tertianæ cum quotidiana iſthęc ſint ſatis. Componitur tertiana, licèt rarò, cum quartana, primaq; die bis inuadit, duobus ſequentibus diebus ſemèl, quarta bis: febris autem nomen, illud extiterit, quod ab humoris prædominio, in vna, vel altera compoſitione, acquiſierit; Quòd ſi prætèr duplicationem, compoſitionemq; confuſio obſeruetur in febribus, harum ſpecies, earum ſortiētur conditionem, quam prędominans humor conſequitur; ità vt, ſi bilis prædominetur, bi- Tertianę compoſitio cum quartana. Compoſitarum febrium denominatio.

G lioſarum, ſeu tertianarum, confuſæ febres redolebunt naturam, hancq; ſpuriam ſemper, proptèr miſcelam, ſeu alterius humoris, cum ipſa bile, confuſionem; ſi pituita quotidianarum; ſi demùm melanchollicus humor, quartanarum; Sed ad quotidianas nunc accedamus.

QVOTIDIANARVM putridarum humoralium febrium in genere, & in ſpecie demonſtrata eſſentia, undè uarietas in ſpeciebus animaduertatur; quid ſyncopalis febris ſit humoroſa, quidq; minuta, und cum quotidianarum cum alijs compoſitione, decernitur. *Cap. IX.*

H HVMORALIVM putridarum febrium proſequentes explanandam naturam; quotidiana, poſt tertianā tractanda ſe nobis proponit; & proptęrea ſiuè καθημερινὸς aut ἀμφημερινὸς nuncupetur à Græcis, quotidiana verò (cum quotidiè accedat) à latinis, intemperies, & ipſa calida eſt per eſſentiā, ſicca per ſolam concomitātiā, primùm cordis, deindè totius corporis, dependens ab incendio, vſtioneuè, atq; putredine, pituitoſi humoris, quotidiè ſuas faciētis acceſsiones, diſcrimenq; conſtituentis in ea, iuxtà ipſius multitudinem, qualitatem, modum, motus, locumquè putredinis. Dictum igitur fuit, quotidianam febrem, calidam per eſſentiam, & ſiccam per concomitantiam, eſſe intemperiem; allatam deſupèr Definit. explanat.

ob

ob rationem; additum fuit, dependêre ab incêdio, & vstione, necnon putredine, pituitosi humoris: quoniàm iam suppositum est à nobis, humores quoscumq; à sua dimotos natura febrem posse producere; quamquàm verò, exustioni concipiendæ inepta ob sui naturam appareat pituita; (ex primo ad Glauconem) hæc tamèn, ad bilis miscelam, flagrat, & ardet: atq; hoc est, quod dicere volebat Hypp. 1. de morbis, dum scripsit, quòd, *Cum bilis, & pituita calefacta fuerit, totum reliquum corpus ab his calefit, & uocatur hoc febris*. ad quam eandem veritatem respiciens inter recẽtiores Laurentius Ioubertus 2. suę medicinæ practicę libro, cap. 16. de simplicibus febribus loquens in genere. *Neq; nos* (scripsit) *simplicem, & exquisitam febrem definimus, ex unius, simplicisq; humoris ustione natam; sed, quæ ex unius, aut alterius humoris dominio, & excellentia, in quadam, ad alios proportione suscitatur; quarè unica, & simplex febris est, quæ à prædominante, post bilem, humore unico, hanc, vel illam speciem inducit*. Nunc ad rem, dictum à nobis fuit, quotidianam febrem, à pituita pendêre, tùm quià Galeni hęc expressa manet sententia 2. de differen. feb. 2. tùm quià, omnis medicorum decreuit schola, à pituita quotidianam proficisci: additum etiam fuit, pituitam hanc, quotidiè suas facere accessiones, ad differentiam bilis; quæ de tertio in tertium, suos producens paroxismos, tertianam constituit; pituita .n. humida cum sit, & tenax, ob lentoremq; non euacuetur, in omnibus suis partib⁹, faciliùs putrescit, quotidianásq; facit accessiones; has quidèm continuas, vel intermittentes, iuxtà locum, in quo putredinem concipit pituitosus humor. In reliquis causa differentiæ cuiusq;, quæ in quotidiana spectatur, continua .s. vel intermittente, exquisita vel nota, circa simplicitatem, adhùc, vel duplicitatem, compositionem, paroxismorum longitudinem, vel breuitatem, nulla alia est, quàm pituitosi humoris qualitas, multitudo, ac modus modus: vtq; à qualitate sumamus exordium; secata pituita, in naturalem, & excrementitiam ex naturali pituita (quarto corpore, inter ea quatuor, quæ generantur in hepate, Galeno authore, quarto de Vsu partium, cap. 3. vltimam non attingente perfectionem, apto tamèn consequi, vt ipse sanguis) febris producitur quotidiana, continua, vel intermittens, iuxtà locum putredinis; simplex vel exquisita, iuxtà simplicitatem, vel eiusdem, cum alijs humoribus admixtionem; ex præternaturali verò, siuè excrementitia (sub qua vitrea, dulcis, acida, salsaquè asseruatur) quotidiana, re vera producitur, continua, vel intermittens, simplex, vel duplex. Sed, & sempèr nota, & alijs infestans, cum symptomatibus: ex salsa namquè, pituita in venis putrescente magnis

Pituita inepta ad accensionē.

Iouberti doctr.

Quotidianę causa pituita.

Pituita cur quotidianas faciat accessiones.

Causa different. in quotidianis.

Quotidiana ex pituita naturali.

Pituitę excrementitiæ species.

E magnis, cordiq; propinquis, febris ardens excitatur nota; quòd si in minoribus, à cordeq; remotis, quotidiana simplicitèr nuncupata spuria, ex acida verò, & dulci; quotidiana simplicitèr non exquisita dicta; Ex vitrea, epiala nuncupata, atq; liparia; hoc tamèn discrimine, quòd producitur liparia, si vitrea pituita, in partibus putrescat diuersis; ità vt, ex eius putredine, vel præsenti, vel futura, partes aliquæ incalescant, frigescant aliquæ; vt interiora vrantur, exteriora frigescant; quemadmodùm Gal. admonuit libr. de inęquali intemperie cap. 8 atq; 2. de different. feb. 6. Excitatur autèm epiala, cum vitrea paritèr pituita, in paruis putrescit partib'; F non putrida verò mouetur in alijs; ità vt, sensus minùs discernere possit, vbi sit calor, & vbi frigus: ex qualitate igitur, seu specie pituitosi humoris, tota obseruata est, in quotidianis varietas, iuxtà cuius multitudinem, & breui etiam tempore colligitur, & frequētiores, collecta, longioresq; efficit paroxismos: quoniam verò pituita, quę bilem inficit, esse potest crassa, vel tenuis, crassa ea est, quę quotidianam intermittentem exquisitam, extrà venas putrescens, Gal. auth. 2. de different. feb. 2. producit: Quòd si pituita in ore, & copiosa sit, atq; putrescat; febris illa, de pituitosarum genere emanat, quæ syncopalis dicitur humorosa; de qua loquens G Gal. 12. Meth. cap. 3. vbi maxima succorum crudorum copia ventriculi os infestat, ità vt syncopis sæpissimè prosequat̃, febrem illã syncopalē humorosam excitari prædixit: eleuatis namq; à crudo, pituitosoq; illo humore, vaporibus ad cor, syncopis procreat̃, vndè syncopalis febris adepta est nomen. Verùm in syncopalem febrem, postquàm incidit oratio, haud ignorandum, ex Auicennæ, Galeniq; placitis, alteram dari febrem syncopalem, sed minutam appellatam, à biliosis potiùs humoribus excitatam (vt Gal. est author 12. Meth. cap. 6.) quàm pituitosis, quemadmodùm ex per- H scripta victus ratione, alijsq; medicamentorum generibus, ab eodem perscriptis, licet colligere; attenuatis etenim humoribus, facilè exalant spiritus, ac dissipantur, vndè syncopis constituitur, atq; hoc forsàn est, quod dicere Auic. volebat, dum à ventosa materia syncopalem minutam pendêre asseuerauit: in hoc ab humorosa discrepantem, quòd hęc, à crassa copiosaq; fluit pituita, à biliosis verò, tenuibusq; humoribus, vaporibusq; dissipatis, illa. Febris hæc vtraq; syncopalis, tàm humorosa, quàm minuta, exquisita esse potest exactè, vel simplicitèr exquisita; primi generis est, cum humorosa à pituita dependet crassa; secundi, quandò, à crudorum succorum (qui impropriè pituita dicuntur) tenuitate emânat: quo eodem modo, etiam minuta syncopalis progreditur,

Febris ardens nota ex pituita falsa.

Quotidiana nō exquisita.

Liparia.

Epiala vndè fiat.

Quotidiana intermittēs exquisita.

Syncopalis humorosa.

Syncopalis minuta.

Syncopalis humorosa ex Auic.

Febris syncopalis diuisio.

Bilis quomodo causa syncopalis.

tur, exquisita. s. exactè à crassa si fiat bile; exquisita simpliciter, cum à tenuiori procedit. Sed ad quotidianas reuertamur, porrò quotidiana quæcumq; febris componi facillimè potest, cum altera diuersi generis, non solùm tertiana, sed, & quartana; componiturq; non rarò, cum altera eiusdem generis, quotidiana, ex reduplicata paroxismorum accesione; velutì si duę quotidianæ intermittentes simùl iungantur; quòd si accidat, accesionem vnam, alteri addi, duplex censenda est febris, vtì, & triplex, si duæ accesiones addantur vni; quarè, cum intrà vigintiquatuor horas, duæ accesiones, cum frigore fiunt, composita dicatur quotidiana, quæ alioquin simplex existit, cum vigintiquatuor horarum spatio semèl infestat. deq; altera, inter primarias putridarum humoralium febrium, differentia, hęc erunt satis. A B

Quotidianæ compositio.

QVARTANAE febris, allata definitione, quòd differentiæ omnes, quæ in ea conspiciuntur, dependeant, ab uarijs humoris melanchollici speciebus, ostenditur: quartanæ febris, cum alijs significatur compositio, deq; quintana, septana, nonanaq; nonnulla afferuntur in medium. Cap. X.

Θεταρταῖος quarta. feb.

TERTIAM, in ordine putridarum humoralium febrium, explanandam aggredientes differentiā, quartana nuncupata à latinis, τεταρταῖος dicta à Græcis tractanda se offert. est verò intemperies, & ipsa, &c. primùm cordis, deindè totius corporis, ab humore procedens melanchollico, & exardescente, & putrescente intrà venas, vel extrà, de quarto in quartum, suas faciens accesiones, primò atq; per se lędens operationes. dictum est, quartanam febrem ab humore procedere melanchollico (alias pręcedentes, vt omittamus particulas) & ad differentiam tertianarum, quotidianarumuè, ab alijs pendentium humoribus, ac vt melanchollici humoris nomine, omnes ipsius complecterentur species: quæ, cum in prima sui diuisione, ad naturalem, excrementitiumq; reducantur; omnes, & ad μέλαινα, & μελαγχολικὸν χυμὸν pertinent: quandoquidèm melancholiæ nomen, propriùs morbum, quàm humorem significat: cum igitur, ex melanchollico humore, quartana gignatur, Gal. auth. 2. de different. feb. 5. quicquid discriminis apparebit in ea, totum id, dandum esse diuersitati eiusdem, dictitat ratio: & propterea melanchollicus naturalis humor, quartanam producet exquisitam, continuam, vel intermittētem, iuxtà locum putredinis; simplicem, vel duplicem, iuxtà diuersitatem eiusdem; nō dicimus ad intrà, vel extrà venas; cum continuitatis, ac intermissionis C D

Quartana à melāchollico humore.

Melancholiæ nomē quid sonet.

Cõtinuitas, & intermiſſio in febribus vndè.

E fionis caracter indè emanet; ſed in vno vel duplici loco, quemadmodùm explanatum habemus; Melanchollicus.n.humor naturalis,cũ terrena planè,ſanguinis in hepate generati,ſit portio, craſſa admodùm cõſiſtentia,colore ex purpureo, nigreſcẽte, ſapore dulci,cum quadam leui aciditate,frigidaq; & ſicca,tẽperamento,cõcreſcens velutì ſanguis;quartana, quæ ex ipſo producitur,non admodùm grauis,& pernicioſa eſt:cum tamèn vnicuiq; cõſtet,quartanam febrem, ex nonnaturali ſiuè excrementitio productam, in maiori,vel minori pernicie verſari,& notam eſſe, iuxtà maiorem, aut minorem perniciem,quę in ipſius reperitur ſpecieb⁹: ad quas,

Quartana ex melancol.humore naturali

F cum reducatur atra nuncupata bilis μέλαιναχολὴ appellata à Gręcis,atq; μέλαινα ſimplicitèr dictus.ſ. humor ater;ex vtraq; ſeuiores, & ſatis pernicioſiores,quàm ex naturali producuntur febres: Atra namq; bilis,quæ per aduſtionem,ex naturali fit,necnon,ex nõ naturali,impropriè dicta melancholia,ex ſanguine item, bili, ac pituita,qualitatibus omnibus,exiſtens ingrata, inutilis, ac toto genere prętèr naturam, ſummè acerba, acidaq; pernicioſam quàm maximè producit quartanam; & vbì ſola impermixta, corporis partibus adhæret, ex edendo exulcerat; quam forſàn ob cauſam, dyſenteriam, ex huiuſmodi atra bile productam, lætalem eſſe ad-

Quartana ex atra bile, quę.

G notauit in aphoriſ.Hypp. quamuìs,non leue etiàm obſeruetur diſcrimen,in quartanis febribus,ab atra bile productis,iuxtà diuerſitatem materiei, à qua atramet ipſa bilis eſt generata; quandoquidèm experientia compertum eſt, atram bilem genitam, ex naturali melãchollico humore,per aduſtionem pernicioſam,ac grauem ꝓcreare febrem,atram bilem ex flaua productam, pernicioſiorem,genitã verò ex illa bilis ſpecie,quæ eruginoſa vocatur,pernicioſiſſimã:differt verò,ab atra hac bile humor ater, melãcholia impropriè dicta; quià licet vtraq; non naturalis dicatur (non .n.

Quartanarum diſcrimen ab atra bile, vndè.

H alendis corporis partibus videtur accommodata) attamèn non, vt atra inutilis permanet,cum,ſi ad ventriculum demittatur,appetẽtiam producat;maniam ſi ad cœrebrum illa,& læthales, ſi aliò cõfluat,proferat affectiones: quamobrèm optimo iure, factum videtur à nobis, vt ex melanchollico naturali humore, ſcripſerimus quartanã produci exquiſitam,ex præternaturali notam;de qua tñ, licet à pleriſq; dubitatum ſit,an poſſit, ex omni non naturali melãchollico humore ꝓduci, ſtatuimus cum integra, in præſenti nos medicorũ ſchola,à quocumq; nõnaturali melanchollico humore, ſpuriã ꝓcreari quartanã;dummodò humores, ex quib⁹ nõnaturalis humor ꝓducit,in cinerem fuerint cõuerſi;ità vt priorem,vndè genitus eſt,naturã minùs retineat;ſiuè ex ſanguine,bile,vel pituita

Appetẽtia vndè.

Quartana exquiſita, & nota vndè.

melanchollicus,

Atra bilis à quibus fiat humoribus.

melanchollicus, non naturalis procreetur, humor: ex quibus ipsis humoribus, atra per aduſtionem, facta eſt bilis: in cuius aduſtione, cum atra nunc dicta bilis, ad finem peruenire poſsit aduſtionis, nempè ad cinerem, vel non poſsit, ſed aduſta incenſaq; ad inſtar carbonis igniti remaneat: Quartana quæcumq; ſpuria, ab atra bile, aduſtionis finem adepta, dependet, ab ea verò, quæ accenſa adhùc reſtat, nec finem adepta eſt aduſtionis, vlcera, cancer, aliaq; ſeuisſima ſymptomata producuntur. Sed ad alias accedamus definitionis particulas: Adnotauimus, melanchollicum hunc ſuccum, de quarto in quartum, ſuas facere accesſiones; & deſuper narratas ob cauſas, & proptèr ineptam ipſius naturam, ad febrile ſuſcipiendum incendium: quam etiam ob cauſam, & quartanæ febres rariores ſunt, alijs duobus generibus, tertiaria .ſ. atq; quotidiana, & rarò exquiſitæ videntur; quę tamèn ſi dentur (Gal. authore 2. de cryſibus cap. 12.) & ætas, & anni tempus, regio, conſtitutio, natura, vitæ, conditio, & ea, quæ anteceſsit, victus, ratio, accidentiumq; pręſentia, ad naturalis humoris, à quo procedunt, generationem, concurrere debent: hincuè eſt, cur exquiſita quartana (quandò ea omnia, ad præcitati humoris concurrunt, generationem) ex ſe ipſa, nulla alia præcedente febre, oboriatur; oppoſitum cum obſeruetur in ſpuria, quæ poſt aliarum febrium curſum aduentat: ad quam veritatem, reſpiciens Hyppoc. 3. prognoſtic. aphor. 30. *Interpollata* (inquit) *febris, eademq; errabunda, in quartanam mutabitur, præcipuè ſi proxima eſt autumno*. Cœterùm, etsì rarum eſt, exquiſitarum quartanarum genus, ob vnius, vel alterius, prædictorum defectum; attamē rarius adhùc eſt continuarum, quàm intermittentium; ratio autèm eſt, quoniam vtì Gal. animaduertit, 2. de different. feb. 8. melanchollicus humor, naturalis præſertìm, in aliorum comparatione ſempèr paucisſimus eſt, & adeò paucus, vt vix ſufficere poſsit ad continuam excitandam febrem, quid? neq; ſpuria etiam continua, admodùm frequēs eſt, quoniam dependēs hæc, ab atra bile, ob ſui prauitatem, eius, natura nō permittit generationem, vel tantam, ad continuam procreandam accumulationem: ex quo fit, vt quartanę etiam compoſitę, tùm eiuſdem, tùm alterius inter ſe generis minimè, vel paululùm infeſtent: componuntur attamèn quartanæ hunc in modum, eiuſdem generis intermittēs quartana, cum altera, & bis, & ter componitur, generis eiuſdem; vnde duplex, & triplex inſurgit quartana, faciliorìs exiſtens cognitionis, tertiana duplici, aut triplici; quoniam plus temporis intercedit, ex cōpoſitione trium quartanarum intermittentium, quam tertianarum eiuſdem generis, intermittētium;

Margin notes: *Atra bilis quorū morborum cauſa.* — *Quartanæ exquiſitę rarò.* — *Quartana exquiſita quando fiat.* — *Quartana e: erratica.* — *Quartana continua, rara.* — *Melanchollicus homor paucus reſpectu aliorum.* — *Quartanarum compoſitio.*

Margin letters: A, B, C, D

E tium; quibuscum componitur, & quartana, quotiescumq;, & ex bile, & ex melăcholia febris, iuxtà caracter tertianarium, ac quartanarium procreatur: quin etiam, & cum quotidiana componitur, quandò .s. à pituita producta febris, à melancholia etiam subministratur, eo modo, quo de compositione tertianarum spectatum est desupèr; obseruata dumtaxat, temporis vel dierum, de tertio in tertio, de quarto in quarto, atq; quotidiè, accessione. Sed ad quartanarum attinent genus, ex Auicenna, Hyppocrateq; 1.epid.sect.3.& Rasi, quintana, septena, & nonana vocata, ab eodē melanchollico humore traducens originem; hic enim quotiescumq; F crassior, & frigidior reddit, quàm eius naturali, præcitatę conueniat formæ; tunc quintana, vel septena, aut nonana producitur; iuxtà maiorem, aut minorem, in qualitatibus, tùm primis, tùm secundis, à naturali forma, ipsius melanchollici humoris, recessum: ex quo quintana profertur, quià de quinto in quintum fit febris accessio; septena de septimo in septimum; atq; nonana de nono in nonum. Sed ad hecticas iam conuertatur oratio.

Melăchollicus humor, vt causa quintanę, septenæ, & nonanę.

HECTICARVM, inter tria prima febrium genera, apportata essentia, in forma subiecto, atq; efficiente, locata; & undè Hecticarum profluant gradus, quid inter G *Marasmum, & hecticam uersetur, discriminis; quotuplex Marasmi sit differentia, ac quibuscum febribus, hectica componatur, unico ferè patescit intuitu. Cap. XI.*

SPIRITVALIVM, humoraliumq; febrium, tàm ex simplici alteratione, quàm in substantia, facta mutatione, concitatarum, absoluto discursu; hecticarum, instituti ordinis, exposcit ratio, vt aggrediamur eundem; A Gal. igitur non recedentes, 1. illo de different. feb. 7. repetamus quod hectica febris, intemperies calida, & sicca H est, primùm cordis, deindè totius corporis, iuxtà solidas vtriusq; partes, ab immodico, earundem dependens, feruore; substātialem quamcumq; depascente, humiditatem, primò atq; per se operationes, offendens: Dictum itaq; est, hecticam febrem intemperiem esse, cum febris, quęcumq;, intemperies sit hucusq; statuta; & quamquàm calida (vtì ex dictis deprehenditur) hæc tamèn, & calida, & sicca est, non siccitate illa, quæ caliditatem in alijs febrium generibus insequitur, sed morbosa; proindeq; primò, atq; per se actiones lędente: ad quam veritatem respiciens oculatus Auerr. hic 3. sui colliget lib. cap. 2. in hectica conscripsit febre, humiditatem consumi substantialem; ad cuius consumptionem, cum siccitas procedat, hinc factum est, vt hecticam dixerimus intemperi-

Febris hectica, quæ.

Morbosa siccitas in hectica.

æm esse calidam,& siccam per se &c. Ab Auerroë, Trallianus lib. A
12. cap.4. minùs recedens. *Cum immodicus feruor* (scripsit) *humiditati substantiali superuenerit, quæ solidis partibus inest, non tamèn hæc dissipata fuerit, uerùm salua adhùc in eis perseueret, semperq; ferueat, & nullam declinationem habeat, tunc huius febris speciem, hecticam nominant:* immodicus ergo feruor; hecticæ febris est causa; subiectum, solidæ cordis, & corporis partes; forma verò, humiditatis cuiusq; substantialis dissipatio; ex qua, cum siccitas dependeat: optimo iure perscriptum est, hecticam febrem, intemperiem esse calidam, & siccam; per quam, adeò distinguitur humoralis, ab hectica; vt nì sicca, ad hecticæ constitutionem concurreret intemperies; hectica minimè foret: & quamquàm in omni hecticæ gradu, necessum nō sit, siccitatem tantoperè offendi: attamèn, nullus vnquam hecticæ dabitur gradus, nisi siccitas intercedat, alicuius ex quatuor secundarijs, vocatis humoribus, ad nutritionem absoluendam, idoneis, qui autem sint, paulò constabit inferiùs. Sàt nunc scire sit, ad hecticam constituendam febrem, siccæ intemperiei, prętèr calidam, necessarium esse aduentum. *Cum caliditas, in parte solida* (dicebat Gal. 1. de differen. feb. 8.) *impressa est, tunc est febris hectica:* quę si sit in in principio, ita vt corporis habitum omninò non occupauerit, schetica potiùs, ex eiusdem Gal. sententia 8. Meth. cap. 1. est nuncupanda, quàm hectica; cum hæc re vera sit, quando illum omninò occupauerit, & substantialis humiditas in dies magis absumetur: & propterea hecticæ febris, cùm innotescat essentia: animaduersione in præsenti, hoc dignum occurrit; quòd licet, & spiritus, & humores accendantur in hectica (accensis .n. solidis, & spiritus, & humores, facillimè incendio attentantur) minimè suspicandum, triplex febrium genus, ex accensione isthac excitari (quamquàm sæpissimè cum humorali hectica componatur) quoniam accensio, quæ in spiritibus, atq; humoribus animaduertitur, non primariò in eisdem est collocata, sed in solidis; ex quorum primaria accensione, hectica producitur: Additum in definitione fuit, ab immodico feruore, substantialem, quamcumq; depasci humiditatem, & ad differentiam feruoris, humoralium, spirituosarumquè, haud natiuam quamcumquè depascentis humiditatem; & ad hecticæ omnes consignificandos gradus. Cum etenim, prætèr enarratos humores (humoralium febrium subiectum) alij denduntur, secundarij nuncupati, humiditates rectiùs appellatæ: ex vnius, aut alterius absumptione, diuersi hecticæ febris proficiscuntur gradus: qui porrò, vt innotescant, Auicennas consulendus, prima fen. p. doc. 4. cap. 1. quo in locò, quatuor numero proponens humiditates

[Margin notes: Hecticæ causa subiectum. forma. — Sicca intemperies necessaria ad hecticam. — Hectica, & schetica. — Dubietas diluitur. — Hecticę gradus vnde.]

B
C
D

E miditates. *Vna (inquit) est, in foraminibus paruarum uenarum, contenta, membris simplicibus propinquarum imbibentium ea, uel, á quibus ipsa membra imbibunt. Secunda est humiditas, per omnia simplicia transiens membra, sicut ròs, qui in nutritionem conuerti est aptus, cum corpus nutrimento caret; & ut membra humectet, cum aliqua causa fortis motus, aut alia exiccauerit. Tertia est humiditas, quæ in tempore proximo fuit coagulàta, & est nutrimentum, quod in substantiam membrorum, ex parte complexionis, & similitudinis conuersum est, sed ex parte essentiæ completæ, nondùm conuersum fuit. Quarta est humiditas, quæ est intus in membris simplicibus, á principio natiuitatis, per quam partium earum continuitas existit, cuius proprium est ex spermate.* Hucusq; Auic. quem, insectatus F inter recentiores, Fernelius 4. suæ physiolog. cap. 5. primam humiditatem alimentariam nuncupauit, secundam rorem, cum ad roris instar inspergatur; tertiam gluten, cum membris agglutinetur, & quartam cambium, natiuamq; humiditatem. Hacq; secundarum humiditatum, stante distinctione; apertè asserimus, ex cõsumptione roris, hecticæ primum proficisci gradum; glutinis secundum, ac cambij, tertium: Elicnij in lucerna, cum oléo contenti, Auic. intellecto exemplo: At si natiua consumatur humiditas, siue ab incendio, siue huius diuturnitate hectica Marasmodes constituitur. *Si substantialis,* (aiebat Trallianus libr. 12 cap. 4.) G *humiditas in nobis consumatur; huiusmodi febris, á marcore Græcis Marasmodes appellatur; sin autem in totum consumpta fuerit, aut torrefacta, tunc absolutè Marasmus constituitur, undè hectica quidem, non adeò difficilem curationem recipit, torrida autem, & marcida nullam.* Cœterùm Marasmum aliud esse, ab hectica, audiatur Galenus libr. de Marcore, vbi decreuit, Marasmum esse corruptionem, viuentis corporis ex siccitate: Est verò Marasmus duplex, calidus vnus, torridus dictus, frigidus alter. Est torridus consumptio omnium humiditatum, H etiam radicalium, facta, à calore præternaturali: Est frigidus earundem consumptio, sed, à frigido facta, naturali: nihilq; aliud est, quàm senectus, viuenti vnicuiq; communis, ob radicalis humidi, natiuiq; caloris defectum. De hecticæ compositione, cum alijs febribus, hoc scire expedit, hecticam componi, cum putrida, quotidiana, tertiana, atq; quartana, nec raro cum atrophia, cachexia, phtysi, atq; similibus; Ex quibus, cum in dies compositio obseruetur, nec raro origo; stylum traducamus ad alia.

Secundariæ humiditates ex Auic.

Secundarũ humiditatum nomina.

Hectica Marasmodes.

Marasmus duplex, & quis.

Hecticæ compositio.

PESTILENTIS febris, allata definitione, explicatione, diuisione, ac subdiuisione, causa apportata specierum subdiuisarum, quid unaquæq; sit, ex subiecti innotescit, uarietate. *Cap. XII.*

ABSOLVTA, febrium omnium, vt elucescat doctrina, de pestilenti superest, vt ordiamur discursum. Febris igitur pestilens λοιμώδης dicta à Græcis, intemperies, & ipsa est calida, cordis, atq; totius corporis, ab ingenti dependens putredine, tùm externa, tùm interna spirituum, humorum, ac solidorum, primò, atq; per se actiones offendens: cuius definitionis priores particulę, cum innotescant ex dictis: dicamus, pestilentem febrem, dixisse, ab ingenti tùm externa, tùm interna dependêre putredine, & ad differentiam simplicitèr putridarum, ac vt pestilens febris quęcumq;, & vera, ab aëris suscitata contagio, & non vera, ab interna humorum, excellenti, producta putredine cōplecteret. Aërem verò, atq; hunc putridum, verę pestilentis causam esse, apertè nos docuit Gal. 1. de different. feb. 4. hic. n. pestilentis cuiusq; proponens causas, duas potissimùm agnouit; vnam, qualitatem venenatam, & putrem, in aëre sparsam: quę quasi furibunda, pasim in vulgus inuolat; (quo nomine pestis ipsa accedit;) alterā, humorum, ex improba victus ratione collectorum, putrescentiam. Spargitur venenata qualitas in aëre, cum aliquid perfectæ, & exquisitæ putredinis, siuè fœtor, siuè mollities, sibi commiscetur, atq; communicatur; communicatur autèm, tùm à reliquis, tùm ab ipsis cœlestibus syderibus, quorum dispositio, veluti generica censenda est causa; sic particularis, fœtidus quicumq; vapor, eleuatus (ex Auic. placitis) à lacubus, paludibus, stagnis, sentinis, latinisq;, vel è terræ cauitatibus: quibus si addenda est, anni diuersa tempestas, ventorum proprietas, expiratusq; hominum, ac animantium infectus halitus; à veritate, haud recedet oratio. Aduentat putridorum humorum colluuies, & ex consimili victus ratione, & ex cacochimia, quę potentissima in primis existimatur, ad febrem excitandam pestilentem, non inquam veram, ex aëris productam labe; sed veræ non absimilem, ex humorum ingenti præcitata putredine. Cœterùm improba victus ratio, est, vel ex sui naturâ, vtì experientia constat in febribus pestilentibus, anni nonagesimiprimi, vel ex certis syderum aspectibus immutatur, vt facilè putredinem cōcipiat; quemadmodùm eâdem anni tempestate, in diuitibus fuit etiam obseruatum: Vbi enim pauperes, ob cacochimiam genitam, ex vsu esuq; olerum, inassuetorum seminum, leguminum, & carnium, minùs alendo corpori accomodatarum corripiebantur. Ab eisdem capiebantur, & diuites, sed ob cacochimiam genitam ab alimentis, frumentaceis inquam, prauis terrę halitibus coinquinatis: Additum in definitione est, ingentem isthanc putredinem, non solùm humorum

Marginal notes: Febris pestilens. (A) — Febris pestilentis causæ. (B) — Aer quō inficiatur. (C) — Humorum putredo quō producatur. (D)

E humorum eſſe,ſed ſpirituum,ac ſolidorum;quia ex his noſtri corporis cum ſit conſtituta fabrica,non minùs ſpiritus,quàm ſolida, ingenti eâdem attentantur putredine; cui veritati innixus Gal.3. de preſag. ex pul. cap. de pul. frigidę temperaturæ; apertè textari viſus eſt,& in ſpiritibus,& humoribus, & ſolidis ingentem putredinem poſſe conſiſtere; ita vt febres producantur peſtilentes, de genere ſpiritualium, humoralium, & hecticarum; *Torrò* (ſcripſit Laurentius Ioubertus lib. de peſte cap. 6.) *cum febrium omnium ſedes præcipua ſit in cordis ſpiritibus,humoribus,aut ſolidiori ſubſtantia,eaq; omnia putredinis labem ſuſtinere poſſint, tot peſtilentium febrium, à ſubiecta*

Putredinis ſubiectum in peſtilẽtibus febribus.

F *materia ſcaturient differentiæ ſpiritualium nempè, humoralium,ac hecticarum*. vtq; à ſpiritualibus exordiamur,adnotatione dignum occurrit in primis,quòd licet febrium omnium ſubiectum ſit cor,,iuxtà triplicem enarratam ſubſtanntiam ſpiritualem,humoralem,ac ſolidam : Attamèn,diuerſo modo, ſubiectum ſtatuitur in peſtilentialibus,ac in ſimplicitèr putridis, vel humoralibus,necnon ſpiritualibus,& hecticis non peſtilentibus: propterea quòd in non peſtilẽtialibus(cuiuſcumq; ſint generis)nulla ſpirituum, humorum, vel ſolidorum cordis intercedit putredo, ſed putridus dumtaxàt

Febr.peſtilentis differentię vnde.

Doctrina notatu digna.

G calor, is ille ipſe eſt, qui à putridis eleuatus vaporibus, cor ipſum occupat;,at in peſtilentialibus, tùm veris, tùm minus veris,putridus ille calor,ſitus eſt in ipſius cordis ſubſtantia,ſpirituali,humorali,ac ſolida. In ſpirituali primùm,eaq; peſtilenti vera,ab aëris venenoſitate producta,quia ſpiritus primus eſt, qui alterationem ab aëre ſuſcipit; venenoſus etenim,à quacumq; cauſa conſtitutus, &factus aër (vel ab halitu ètiam eorum, qui febre peſtilenti non vera ſunt corrupti) ſpiritus offendens primò (vt qui ab aëre ſemper contemperentur)à propria,hi dimoti temperie,per caliditatem præcipuè peſtilẽtis aëris,incipiunt putreſcere; *Calidiores propterea*

Spiritus primò alteratur ab aere.

H *pterea*(dicebat Gal.1.de differ.febr.4.)*aeris ſtatus, quales maximè circa canis ortum contingunt; per inſpirationem quidèm manifeſtè cor calefaciunt, & cum ſupra modum incaluerit, febrem conſtituit:* etenim cum hic aër,quem neceſſariò cum ſpiritu attrahimus,ſit omnibus communis, & noſtræ vitę neceſſarius, contagione quadam in ſpiritus, ob quandam ſymboleitatem permeat, de genereq; ſpiritualium vera peſtilens febris producitur; quòd ſi ijdem inficiantur ſpiritus,non ab externa cauſa,ſed interna,cuiuſmodi excellenti illa putredine, cordis occupante ſubſtantiam, quia tenuiſsimi ſunt prompteque alterationem ſuſcipiunt,peſtilens non vera febris conſtituitur ſpiritualis, aut diaria, peſtilentium omnium peſsima; humoralis enim, ab ingenti humorum excitata putredine, haud tàm perni-

Peſtilens vera vnde.

Febris peſtilens non vera vnde.

Hum. pestilens minus periculosa spirituali.

ciosa est, quoniam facultatis expultricis subsidio, humores, veneni putredinisq; capaces, ad ignobiliorem semper aliquam, inter externas propelluntur, partem; in qua, carbunculo excitato, vel bubone, aliquid pollicetur nobis spei. Cœterùm humoralis pestilens febris, tàm vera, quàm non vera (quæ præter diuersitatem causæ putredinis, tàm excellentis in ipsis humoribus, à vera differt pestilenti, quia bubones non semper conspiciuntur in non vera, sicutì vera.) multiplex apparet in nobis, quemadmodum simplicitèr dicta, suo loco, putrida: quamobrem iuxtà humorum, qui tàm excellentèr putrent, naturam, varia pestilentium humoralium febrium constituuntur genera: si namq; bilis putredini subijciatur, quæ tamèn sola difficillimè putrescit, de genere tertianarum emanat febris; si pituita quotidianarum; si melanchollicus humor, (qui etiam solus ineptus est) quartanarum: Quòd si tota sanguinea massa, eidem subijciatur, excellenti putredini; cui apta idoneaq; est, ob calidam humidamq; naturam (quæue talia sunt facillimè putrescunt.) Synochus constituitur pestilens, atq; hæc homotona; cum omni insigni mutatione, à principio vsq; ad finem extet, orbata. hæcq; pestilens febris, frequentior inter humorales est; quoniam massa sanguinea ob suam propensionem, ad concipiendam putredinem, frequentiùs, tota simul ex praua victus ratione inficitur, quàm distinctus alius, ab eâdem humor: & hoc est, quod antiquum atq; vulgatum vult sibi adagium, μετὰ λιμὸν, λοιμὸς, hoc est, post famem pestis; quoniam cum famis tempore, sanguinis moles, ex vsu esuquè pessimorum alimentorum, labefactetur, ex necessitate synochus humoralis pestilens procreatur. At quia (inquit Galenus primo de different. febr. 4.) humores corporum ex victus prauitate erant putredini obnoxij, hinc febribus pestilentibus data est origo. Sed quòd, ex deprauatis humoribus, maximoperè infectis, ab praua victus ratione, pestilens non vera trahat exordium. iterum Galenus audiatur 3. de præsag. ex pul. 4. 3. epid. sec. 3. comm. 57. & 6. de locis affectis 5. vbi expressè consignificauit, quasdam esse pestilentes febres, sine peste, hoc est aëris contagio, putrilaginotam habentes caliditatem, vt 6. epid. sect. 1. fuit idem textatus. Differunt non veræ pestilentes, à veris, in exacerbatione, quæ quidem, in non veris consistit, (iuxta adnexionem, quam cum vno, vel altero genere, primarum differentiarum, fuerint sortitæ.) in veris abest. Semel etenim in corde, perfecta concepta putredine, continua producitur febris: cuius perfectæ putredinis argumentum, sœuissima censentur symptomata, papulę scilicet, post aures

Veræ pestilentis à non vera discrimen.

Humoralium pestilentium diff.

Pestilens Synochus homotona.

Pulchrum adagium.

Febris pestilens ex praua victus ratione.

Discrimen verę pestilentis à nō vera.

Symptomata pestilentium.

A B C D

E res, vel in inguinibus tumores, &c. Hectica datur pestilens, quotiescumquè pestilens febrilis calor, secundarias iam dictas inuadit humiditates, quas sanè, quia occupare non potest, nisi priùs, spiritus, humoresquè primarij inficiantur, hinc fit, vt spiritualem, humoralemquè pestilentem febrem, hecticam præcedere necesse sit. *Hecticam pestilentem uocamus* (inquit doctus Ioubertus libr. de peste, cap. 6.) *non in qua ipsius cordis substantia putret, aut computrescit; sed quæ fixum habet calorem putrem, in primis humoribus, nec iam fomite alieno indiget:* & quoniam ex primis humoribus generantur secundi, hinc fit, cur diximus in hectica pestilenti, secundarios etiam, à pestilenti calore occupari humores; quãquàm huiusmodi febris non possit perseuerare; atquè de primo morborum in intemperie genere, hæc satis esse putamus. Hectica pestilens.

SECVNDI Morborum generis, in mala compositione, ex Galeni doctrina, repetita definitione, eiusq; singulis speciebus allatis, quid unaquæquè sit demonstratur. Cap. XIII.

G MORBORVM in intemperie, similarium humani corporis partium, absoluto discursu; Tripartiti morborum omnium generis, inuitat nos ordo; vt quid morbus, in mala compositione sit, perquirat oratio. Esto igitur, Galeno authore, libr. de constitut. artis cap. 6. & 7. intelligendum esse, per morbum in mala compositione, officialem, instrumentalemquè vocatum à latinis, organicum à Græcis: eo quod organicæ instrumentales, officialesquè offendantur partes, earumquè actionum functiones. Est morbus hic, ex cap. 8. libr. artis medicinalis Constitutio (vtì diximus) præter naturam, ipsarum partium dissimilarium, in numero, magnitudine, conformatione, ac situ, malè, ac præter naturam, ex similaribus, vel alijs componentibus particulis, ordinatarum, compositarum, atquè constitutarum, dissimilarium partium, vt dissimilares sunt, lędentium primò, atquè per se actiones. Cuius morborum generis definitio, cum satis, superquè constet ex dictis: dicamus cum Galeno libr. de different. morb. cap. 6. quod. *Ægritudines in dissimilaribus partibus fiunt, uel naturali formatione permuta, uel non seruato numero, partium opportuno, aut unicuiquè parti conuenienti magnitudine; uel quod, ut naturalis positus expetebat, minus ipsæ cohereant:* ex qua Galeni sententia, quatuor præfati morborum generis cum colligantur species; quid vnaquęq; ipsarum Nomina in morborum compositione. Morbi in mala compositione species.

H

 sit,

fit, inquiramus. Galenus idem cap. 8. cit. libr. Morbi in numero A proponens essentiam, inquit. *Cum componentium partium in dissimilarium constitutione, congruus non adest numerus, sed mancus, aut superfluus, tunc morbus insurgit in numero*, acuto quidèm, cum quid, in ea constitutione dissimilarium abundat, quod abundare non deberet (siue naturale id sit, siue preternaturam.) Imminuto verò, cum pari pacto, aliquid deest, quod minùs deesse deberet, obq; cuius defectum, instrumentalis pars, suo fungi, non potest, officio: quod idem est, ac si dixisset. Morbus in numero est constitutio prætèr naturam, ex defectu, vel redundantia partium componentium, ipsarum partium dissimilarium, primò, ac per se offendens B operationes: quę definitio cum per se nota sit; dicamus dumtaxàt, quòd cum defectus, vel redundantia partium componentium, sit quid naturale, vel quid præternaturam: Naturale erit quicquid ex vtili, conuenientiq; materia, tùm in vtero, vt sextus digitus, tùm extra, vt caro in vulneribus genitum est: prętèr naturam verò, quicquid ex inutili, inconuenientiq; materia extat productum. Qua in re, adnotatione dignum occurrit, quòd morbus in numero imminuto, semper fit ex defectu rei alicuius naturalis; in auctu verò, ex vtriusq; redundantia. Quod spectat ad morbum in magnitudine, in memoriam reuocandum, quòd velutì ad hu- C mani corporis, obeundas actiones, certa discreta quantitas requiritur membrorum, sic ad easdem continua: quæ quotiescumq; excedens, aut deficiens fuerit, morbum producit in magnitudine acuta, vel imminuta, in toto, vel in parte. Totius dicitur morbus, cum corpus ad eam deuenit magnitudinem, ac molem, vt actiones primò, atquè per se lędantur, vt Nicomacho Smirneo 6. de different. morb. cap. 9. accidisse conscripsit Gal. & nos in quodam Raphaele Polidoro Ciui Fabrianensi diligentèr conspeximus: huius etenim corpus, ad eam deuenerat molem, vt non solùm minùs D posset incedere, neq; sedem propter ventris obesitatem contingere, sed nec liberè expirare; quas omnes actiones in obesis corporibus offendi 14. Meth. Med. cap. 15. enarrauit Gal. At partis dicitur morbus in magnitudine, cum aliqua nostri corporis pars tantum susceptat augumentum, quod necessariò illius offendat operationes, vel liberè exerceri non posint, sicut in lingua à Gal. relata, quæ tantam adepta sit magnitudinem, vt loquelam impediat; vtq; Gabriel Fallopius Mutinensis, ex Scaligeri conscripsit sententia, suo de Lue gallica libro, cap. 3. lingua cuidam adeò grandis extiterat, vt mendacij suspitio silentium indicaret; sed, & manus in fœmina, altera duplo maior, obseruata est, propter elephantiasim:

Morbus in numero.

Morbus in numero vnde profluat.

Morbus ex numero imminuto.

Morbus in magnitudine.

Morbus in magnitudine partis.

E elephantiasim: & crura vidimus nos, multo mediocri ventre, maiora. Quòd, si eisdem partibus imminutio accidat, ac toti; commune vtrisq; nomen est ἀτροφία. De morbo in situ, id venit decernendum, Galenum hunc appellasse morbum compositionis. *Euariante* (dicentem libr. de different. morborum cap. 10.) *ea, quæ secundum naturam compositura, fiunt ægritudines*, ita vt, dicendum cum Galeno sit, morbum in situ, euariationem esse dissimilarium mēbrorum, à naturali compositura, ac situ; ad quam veritatem, accedens, & Auic. *Morbus* (inquit) *in positu est, cum partes, situm, & compositionem suam non retinent*: sicutì exemplo proponit Galenus cum

Morbus in situ ex Galeno.

F articuli suis excidunt sedibus, aut loco tantùm mouentur, aut cum omentum, vel intestina, ad inferiorem testiculorum tunicam, deuoluuntur: in quo eodem genere sunt, & linguę, & pudendorum nexus immodici, ad eandemq; (inquit Galenus) attinēt ægritudinis differentiam, si labia vlcerata, si palpebræ, vel sedes, vel digiti, vel si quę tales particulę pratèr naturam coaluerint; vtq; βραχιλογία singulas morbi in situ compræhendamus species, reducuntur ad eum, partes omnes, quæ è propria, ante ortum naturæ, vel postea ceciderint naturali sede; vel vt apertè nos docet Galenus

Morborū in situ species.

G 7. de officina medica cap. 25. species morbi in situ est, cum quacūq; occasione, dissimilarem partem, ab alia dimoueri accidat, vel prętèr naturam coniungi, aut connecti, quando .s. partes, quæ coniunctæ esse deberent, disiunguntur, aut quæ disiunctę esse deberent, coniunguntur, dummodo tamèn actionum lęsio, ex coniunctione, vel disiunctione sequatur. De specie morbi in conformatione ordine tertia, à nobis omissa, quia longioris erat tractationis, quid dicendum sit, patescet imposterum.

Causę morborum in situ.

H *MORBI in conformatione allata essentia, eiusdemq; indagatis speciebus, ac differentijs; quomodò species morbi in cauitate, dicta, in uia, alias sub se contineat species, in excessu, & defectu multitudinis, & magnitudinis, demonstratur.* Cap. XIV.

MORBORVM in conformatione, indagaturi species; illud meminisse oportet; quòd cum medicus artifex sit sensitiuus, cui externarum, internarumquè, humani corporis partium forma, (quam Μορφὴν dictitant Græci) consideranda proponitur; iuxtà vitiorum species, quæ in ea visuntur, morborum in conformatione emanant species: & propterea, cum in figura, cauitate, asperitate, lenitatequè, & totius, & partis, vitium collocatum sit formæ; & in figura, & cauitate, & asperitate, & lenitate, morborum

Spęcies morborū in conformatione vnde fluant.

in

in conformatione numero quatuor consistent, species. *Extrinseca* (dicebat Galenus) *totius uel partis forma* (lib. de different. morborum, cap. 4.) *cum accidat primò corrumpi; si figura partis uitietur, ueluti cum nasus efficitur simus; secundò si cauitates opportunas amittat, ut in eadem simitate, nares occludente constat; & tertio si aspera, uel lenis, præter habitum naturalem reddatur, uelutì in capillorum profluuio, uel scabie:* manifestè apparet, in his morbi in conformatione collocatas, esse species: quas si genericè definire velimus, dicendum ex allata Galeni doctrina, quod morbus ἐκ διαπλάσεως idest in conformatione (quę genus est omnium) constitutio est, præter naturam, formæ partium dissimilarium, dependens à figura, cauitate, asperitate, lenitatequè totius, vel partis, naturalitèr minus sese habentibus, & ob id primò, & per se actiones offendentibus: Cæterùm quia generica definitio omnibus innotescit, definiti generis venemur nunc species; Morbus igitur in figura, esto quòd sit constitutio præternaturam, &c. (addamus ad differentiam aliarum specierum, morborum in conformatione) quæ oriritur in parte quacumq; tùm externa, tùm interna, ab ipsis præter naturam componentibus dispositis particulis; hæ siue maiores, vel minores sint, quàm natura exposcat: in numero deficiant, vel excedant opportuno: in alia quàm par sit collocentur sede; vel cum altera sint connexę: morbum in figura constituunt, partium quidem externarum; vt si accidat membrum aliquod esse obliquum, quod tamen rectum esse deberet, vel in aliam mutatum figuram, à qua actio primò, atquè per se impediatur, veluti si vitietur figura crurum, vel bracchiorum, vel etiam capitis, quod naturalem, ad instar paruę sphherę vtrinquè depressæ, haud retineat figuram, sed φοξὸν sit, hoc est acutum, aut acuminatum, in quo etiam (iuxta illud Hyppocratis primo prognosticorum) oculi sint caui, nares acutę, aurequè contractę: internarum verò, vt si eueniat ventriculum esse rotundum (vtì proposuit Galenus libro artis Medicinalis cap. 87.) cor cœrebrum, hepar, ac renes conuenientem suam non obtineant figuram, ex cuius defectu illarum partium actio impediatur: ac, vt de figura totius, aliquid etiam attingamus; morbo in figura afficitur totum, cum homini (cuius figura conueniens, recta est) obliqua, vel tortuosa, à natura, ex vitio componentium partium, extat tributa. Morbus in cauitate est, quicumq; vt dicebat Galenus libro de differentijs morborum cap. 7. incongruum respicit cohalitum, obstructionem, angustiam, compresionem, subsidentiam, atquè reserationem: vnica dicamus nos voce, inconuenientem in dissimilaribus, viam: in excessu,

Marginal notes: Morbus conformationis quid sit. — Morbus in figura... — Morborũ in figura partium externarum. — Morbus in figura partium internarum. — Morbus in figura totius. — Morbus in cauitate.

A B C D

E excessu, defectu, magnitudine, multitudineq; collocatam. Est verò cohalitus, vnio illa, quę fit inter extrema, meatuum, cauitatum, aut viarum, partium instrumentalium; siue ad propriè dictas conueniat vias, cuiusmodi, venę, arteriæ, nerui, exophagon, optici nerui, vteri ceruix, vrinæ meatus, ac reliquæ omnes in corpore cauitates, siue ad concœptacula; quorum nomine, ventriculi, ac capacitates omnes accedunt, ventriculi scilicet cœrebri, & capacitates, in quibus aliquid humoris, vel spiritus asseruatur: accidit verò huiusmodi morbi species, dum extrema dictarum partium coalescunt, quam ipsam ob causam, σύμφυσις à Græcis, (ab coalescentia, traducto nomine) cohalitus, est vocitatus; nàm extrema vteri, extremaq; oris inuicem coalescunt. Obstructio quæ ἔμφραξις, est dicta ab eisdem, constipatio appellata, à latinis, euenit, & ipsa in cauitatibus, sed in ijs; quę propriè vię appellantur, & proindè venis, arterijs, neruis, vrinarioquè ductu, ac alijs, quę nō rarò occupantur, à viscida, lentaquè, ac crassa materia, vasorum, ac canalium spatia, occludente: id quod, in venarum mesaraicarum obstructione solet vsu venire, vrinarioquè ductu; obstructo, vel à sanguinis grumo, vel callo, liberè vrinæ fluxum, inhibente. Angustia, quæ στενοχωρία; hoc est loci strictura dicitur, ea est; quę à tumoribus præter naturam, à quibus viæ redduntur angustæ, excitatur. Compressio quæ in plus se habet, quàm angustia, θλίψις vocitata à Græcis, euenit cum vas aliquod, ab aliqua contundente re, siue percutiente, compellitur, θλίψις enim idem sonat, ac attrisionem, strictionemquè ab aliquo factam, propter quam interna vasorum spatia, vel pœnitus intercipiuntur, vel angustiora redduntur. Subsidentia σ[illegible]ίζησις dicta à Græcis, concidentia, & conniuentia à latinis, fit, cum vasorum tunicæ, & parietes conceptaculorum, vel minores redduntur, vel ab euacuata materia occluduntur; vt euenire solet, in vesica plena, cum euacuatur. Reseratio demùm, ad oscula attinens vasorum, (quorum reserationis gratiâ ἀναστόμωσις dicta est à Græcis) reclusio quædam est osculorum, ipsorum vasorum, propter quam contenta effunditur materia; quemadmodū in sanguinis reiectione quandoquè solet accidere. Atquè hæ morbi, in via nuncupati ab Patauinę Accademię Doctoribus censentur species, tàm in excessu, quàm in defectu magnitudinis, & multitudinis (sexta dempta) constitutæ. *Cauitatum omnium* (dicebat cap. 7. bis citati libri Gal.) *quæ partibus debentur, tùm multitudo, tùm magnitudo, nisi seruetur, necessariò etiā occasione lædetur actio; Quæcumq; igitur* (paulo

Morbus in cohalitu.

ἔμφραξις morbus in obstructione.

στενοχωρία morbus in angustia.

θλίψις in cōpressione.

σ[illegible]ίζησις in subsidētia

In reseratione ἀναστόμωσις.

Morbi cauitatum ex Gal quādo fiant.

(paulo adnotauit inferiùs) *ægritudines contauitatibus adueniunt, cum præter modum obstruuntur, uel laxantur, omnes ad formationis genus referuntur, in his siquidèm formatio naturalis quodammodò uitiatur*. In quibus verbis proponens nobis Galenus excessum, atq; defectum magnitudinis, cauitatum, atq; viarum, conceptaculorumuè; excessum proponit, dum, inquit, laxantur, defectum verò cum dicit, obstruuntur. Sed in excessu, & defectu multitudinis, contingunt præfatę morbi in conformatione species; quando meatus plures sint, quàm natura exigat, aut pauciores, quàm eadem sufferat; vel morbi fiunt in defectu multitudinis, cum meatus vasorum conceptaculorumq;, sunt pœnitùs occlusi; quòd nì pœnitus occlusi sint, sed obstructi, in defectu magnitudinis succedūt morbi. Quod spectat ad alteram, in lenitate, atq; asperitate, morbi in conformatione, speciem, loquens de ipsa Galenus in fine citati capitis; in omnibus animalis partibus eam contrahi animaduertit, cum .s. id quod natura lene esse oporteat, asperum fit, vel è contra asperum, quod lene esse deberet; ita vt morbi huius essentia in aspera, vel leni superficie collocata, esse appareat; non solùm partium externarum, sed, & internarum; ex quo fit, vt externarum partium gratia, lepra morbus sit in asperitate superficiei, variolæ, atq; consimiles. Sed, & partes internę, in hanc morbi speciem incurrunt, cum asperitas remouetur ab eis, vt in dentibus, ventriculo, intestinis, vtero, ossibusq; nonnullis; quæ leuigata cum fuerint, eorum offenditur actio; quòd si lenitas, ad aliam aliorum conducat, vt in aspera arteria, & oculi pupilla, eaq; auferatur; morbus in lenitate vtrumq; offendit. Cæterùm quanti, asperitas, lenitasq; facienda sit, inde patescit, quòd, si à quibusdam partibus, sua auferatur, lenitas, vel asperitas superaddatur alijs, earum obleditur actio. Vt, & in elephantiasi constat; quæ tactus in primis obledit actiones. Sed ad genus alterum morborum in soluta vnitate accedat oratio.

Morbus in asperitate.

Lepra in quo genere morbi.

Morbus in lenitate.

A B C D

MORBI, in soluta unitate, inter primas morborum differentias apportatur essentia, quæ cum ex definitione dependeat; hac allata undè differentiæ scaturiant, siue species, perbreui oratione finitur. *Cap. XV.*

TERTII, inter primas tres morborum differentias, generis, morbi .s. in soluta vnitate, aggressuri tractationem; meminisse in primis, cum Galeno libro de causis morborum oportet, quod, & ἑνωσεώς, καὶ συνεχείας λύσις, morbus in solutione vnitatis continuitatis, aut continui appellatus à latinis, est dictitatus à Græcis:

Ego

E *Ego verò*(ſcripſit capite vltimo citati libri Gal.)*uniuerſum hoc genus, unitatis ſolutionem appellare conſueui, aut unitatis corruptionem, aut continuitatis ſolutionem, uel quomodolibèt alitèr, prout ſperauerim, ſermonem auditoribus fore perſpicuum:* à qua eâdem ſententia, non recedens libr. de conſtitutione artis, cap.6.*Si quis*(adnotauit) *cohalitus diſſoluatur, uocetur genus hoc morbi, illuſtrioris doctrinæ gratia; unitatis ſolutio, nil tamèn refert, ſi quis continuitatis ſolutionem uocet:* ex quibus Gal. verbis, nomen cum conſtet, accedentes ad rem; repetamus morbum in ſolutione vnitatis, conſtitutionem eſſe prętèr naturam, tàm ſimilarium, quàm disſimilarium; dependentem, à ſolutione vnitatis, F ſiuè continui, vtrarumq; &c. ſiuè autem dicas, à ſolutione continuitatis, ſiuè ſoluta vnitate, nihil intererit; ſumitur enim vnitas hìc, vt idem exiſtit, cum continuitate: eſt verò continuum, philoſopho 8. phyſicorum tex. 27. authore, cuius extrema, vnum fiunt; vt propterea cum diuelluntur, in his ſolutionem fieri, (ſiuè ſimilaria, ſiuè disſimilaria ſint) eſt neceſſarium: quatenùs igitur, vnitatis ſolutio, contingit in vtriſq; eatenùs, morbus in ſoluta vnitate, eſt conſtitutio præternaturam, &c. Cœterùm quod ſpectat ad differentiam, generis huiuſce, morborum; ab alijs duob' ſummis generibus: ſita hæc eſt, & in diuerſitate ſubiecti, morbi in ſolutione G vnitatis, à morbo in intemperie; & in mala compoſitione; atq; in diſcrimine efficientis cauſę; à qua præternaturalis omnium conſtitutio dependet, ac fluit: id quod animaduertentes nos, & ſimilares, & disſimilares, humani corporis partes, morbi in ſoluta vnitate, prędiximus, eſſe ſubiectum; & à ſolutione vnitatis, vtrarumq; præter naturam adnotauimus, conſtitutionem pendêre. De ſubiecto morbi, in ſoluta vnitate, hoc animaduerſione dignum occurrit, & partes ſimilares per ſe, ab alijs ſeorſùm, diſtinctas ſubiectum eſſe poſſe, morbi in ſolutione continui, & disſimilares identidèm H ſeiunctas ab illis, & vtraſq; ſimul adnexas, quod in vſum, vt plurimũ ſolet venire; vix enim fieri poteſt, occurritq; rarò, vt in ſimilarib' partibus ſolutio accidat vnitatis, quæ, & disſimilaribus non ſit communis. Quod ſpectat ad cauſam efficientem: porrò efficiens vnitatis ſolutionis cauſa, duplex agnoſcitur à rei medicę profeſſoribus; interna vna, externa altera: Interna, eſt humor quicumq; acris, & mordax, erodendi obtinens facultatem, qualis ſpectatur, in ea ſolutione vnitatis; quam διάβρωσιν appellauit Galenus 12. Meth.7. Sed, & humor idem, copioſus exiſtens, peccanſq; quantitate potiùs, quàm qualitate, ſolutionis vnitatis eſſe poteſt in cauſa; ſicuti in τάσι, à Galeno nuncupata libr. artis medicin. cap. 8. vſu ſolet venire: fieri enim poteſt, vt humores adcò redundent in

Nomina morbi in ſoluta vnitate.

Morbus in ſoluta vnitate quid ſit.

Vnitas in data definit. quid ſonet.

Morbi in ſoluta vnitate ab alijs ſummis generibus differentia

Morbi in ſoluta vnitate ſubiectum. Cauſa morbi in ſoluta vnitate.

corpore, vt extensione facta, à plenitudine, venæ disrumpantur; A
quemadmodùm in altera solutionis vnitatis specie contingere solet, quam ῥῆξιν Græci, rupturam, & ruptionem appellant latini: externa causa est, quidquid vi, ac impetu quodam, extrinsecùs in corpus potest irruere, siue animatum, siue inanimatum existat; primi generis, animalia sunt quæcumq; morsu, aut punctura continuitatem soluentia; secundi verò, quicquid, ictu facto, à telo, gladio, fustis, sclopis igniuomis, lapidib^9, atq; consimili externa materiaq; eandem potest soluere continuitatem: quas omnes causas volētes sub definito quodam coarctare numero, dicimus vnà cum

Immediatę causæ solutionis vnitatis.

Gal. lib. artis medic. citato cap. quatuor immediatas esse causas, à B
quibus vnitatis solutio dependet: prima est sectio, secunda erosio, tertia contusio, quarta tensio. atq; ab hac veritate, haud recedens doctissimus Ambrosius Parreus 7. de vulneribus lib. cap. 2. apertè decernit, ex quadruplici hac causarum, varietate, solutionem continui producentium, varia solutis partibus indita esse nomina, ità

Sectio.

vt à sectione, solutæ partes, dicantur sectæ, ab erosione erosæ, à cōtusione contusæ, atq; à tensione tensæ; fit verò sectio, vt eidem placuit authori, à re quacumq; incidente externa, quę incisio quomodocumq; fiat, aut secando, aut incidendo, aut pungendo, soluta C
iàm pars incisa denominatur: Erosio, vt innuimus, ab interna ef-

Erosio.

fluit causa, erodente, vtì humore, & ab extrinseca, sicutì medicamento quodam, extrinsecùs apposito, erodendi obtinente facul-

Contusio.

tatem. Contusio, & ex grauium, & obtusarum rerum concursu, vt

Tensio.

lapidibus, baculis, atq; similibus, emanat. Tensio verò, non aliundè, quàm à re intrinsecùs existente, tendenteq; (vt diximus) traducit originem. Cœterùm ad species deuenientes incisionis, erosionis, contusionis, & tensionis, adnotamus ex grauissimorum rei medicę professorum sententia, pręfatas solutionis vnitatis species, Celso in primis authore 5. suæ medicinæ libro, cap. 26. aut D
à parte affecta, aut efficiente causa, suum adeptas esse nomen, ac differentiam: quandoquidèm vt idem Celsus est author, vnitatis solutio facta in carne, helcos dicitur, in osse catagma, in ligamento thlasma, in neruo spasma, in vasis apospasma, in musculis regma. τραῦμα verò genericè tùm in carne, osse, ligamento, neruo, vasis, ac musculis: τραῦμα dicens Celsus, vulnus est quodcumq; musculum, aut neruum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem lædit: est autèm elchos, quę dictio, vulnus sonat apud latinos, & vlcus, solutio quęcumq; vnitatis, accidens in parte molli, siuè carnosa; hoc tamen discrimine, quòd vulnus continuitatis extat solutio, recens, cruenta, sine putredine completa,

Ελκος. Κάταγμα. Τλάσμα. Σπάσμα. Αποσπάσμα. Ρῆγμα. Τραῦμα. Vulnus, & & vlcus quid. Vulnus ab vlcere discrimen.

E pleta, purulentaq; in mollibus particulis, ab ictu, lapsu, vel morsu, originem ducens. *Morbus* (dicebat Gal. in definitionibus medicis) *magnus est uulnus, quod carnosis in partibus magnum spatium obsideat, & proindè ab externa aliqua semper causa*. At vlcus Galeno met teste, continui est solutio, ab erosione facta, tàm externa, quàm interna concurrente causa, in molli paritèr infixa parte, haud cruenta, sed sordida, impura, multo sanie, aut alia quauis corruptione redundans: sic enim Auicennas secunda primi doc. prima cap. 5. definire fuit conspectus, & Parreus lib. 12. de vlceribus, & fistulis, & hœmorroidibus cap. 1. confirmauit. Cœterùm tàm vulnus, F quàm vlcus simplex esse potest, aut compositum: simplex extiterit, cum nullius morbi, aut symptomatis complicatio adest: compositum verò cum vnius, aut alterius, aut vtriusq; compositio est. Quòd si ex accidentibus differentia sumenda sit, ex quantitate dicendum, & vlcus, & vulnus esse magnum, mediocre vel paruum, longum adhuc, latum, & profundum, breue, angustum, & superficiarium, ex figura autèm, rectum, obliquum, rotundum, vel angulare. Verumenimuerò in nominum impositione præsens nostra nè insistat oratio: morborum specierum omnium, in soluta vnitate locatarum, nominalem, qui affectàt doctrinam, Galenum consulat G 2. Meth. 2. & commentatione sexta, aphorismi quadragesimi quinti, & vbi vbi de fracturis pertractat: his enim omnibus in locis, latissima, de nominibus habetur, disputatio; ex qua vnicuiq; factum est satis, circa species vniuersas, quæ ad morbum in soluta vnitate traducuntur, & ex figura, & ex modo solutionis denominatę; ac quemadmodum vnitatis solutio, in humani corporis partibus contingat. Nunc symptomatum, aggrediamur essentiam.

Vlcus ex Gal. propriè quid.

Vulnus simplex.

Vulneris differentia ex accidentibus.

Nominalis doctrina morborum in soluta vnitate.

SYMPTOMATIS inter res præternaturam, assignata essentia, eiusq; summorum generum in actiones læsas, qualitates mutatas, ac excuntia mutata, allata diuisione, H *omnium, epilogo apportantur species. Cap. XVI.*

DYSENTERIAE, ac dysentericarum deiectionum, necnon doloris, qui dysenteriam insequitur, vt patescat essentia: Morborum omnium, (quatenùs institutum permisit) diuisione allata, ac subdiuisione: de symptomatibus, non ignobilis sese offert discursus: Scribens .n. Apol. auth. *Nos autem haud facilè percipere possumus, quid nolueris insinuare per deiectiones dysentericas, scimus tamèn, deiectiones, in dysenteria esse symptomata*; & paulò infra superuacaneos nos fuisse, in doloris allata definitione, huiusmi inuitàt assert. vt difficultates omnes

Asser. 95.

omnes, ex ſymptomatum explanata eſſentia, diuiſione, item, ac A
ſubdiuiſione, aperire tentemus. A Galeno igitur, non recedentes, ex eiuſdem decernimus placitis, quòd σύμπτωμα nuncupatum à Grçcis, accidens, & caſus, nec rarò etiam ſymptoma, à latinis. Eſt quid prætèrnaturam, aliud quiddam præternaturam inſequens. ſiuè morbus, ſiuè cauſa, vel aliud ſymptoma: dictum fuit ſymptoma eſſe quid prçternaturam, quià *Omnis corporis affectus* (Gal. auth: lib. de different. ſymp. 1.) *qui à naturali receſſerit ſtatu, uel morbus, uel morbi cauſa, uel ſymptoma extat: ſymptoma* (ibidem dixit) *eſt quod animali præternaturam incidit, qua ratione morbus quoq; ſub generali ſymptomatis appellatione accedet, quin etiam præcedentes morborum cauſæ in animalis corpore, ſub generali ſymptomatis nomine cadunt*. Sed quicquid ſit, B
commune tanquam omnibus genus eſt, quid præternaturam. ꝓpria autèm differentia, aliud præternaturam inſequi. ἐςὶ (dicebat Gal. lib. de differ. ſymp. 1. σύμπτομα πάθυς ἐπιγεννήμα. *Eſt .ſ. ſymptoma affectus acceſſio*, quicquid inquam (vtì nominis indicat ethimologia) morbo, cauſç aut ſymptomati συμπίπτει, nimirùm accidit. *Quotquot* (idem inquit Gal. lib. & cap. citat.) *affectus à morbo procedunt, ij morbi non ſunt; quòd ſi ulli alij cum ijs, affectus incidunt, qui ipſos uelutì umbræ ſequantur, nec hos morbos uocabimus, ſed ſymptoma*.
Cœterùm ex Galeni ſcriptis adnotatione occurrit dignum, quod C
aliquale (ſtrictè loquendo) verratur diſcrimen inter ſymptoma, & epigennema: ſiquidèm ſymptoma illud eſt pretèr naturam, quod tàm morbum, quàm cauſam, vel alterum ſymptoma inſequitur; ità vt, detẽ ſymptoma morbi, ſymptoma cauſç, & ſymptoma ſymutomatis: Epigennema verò, illud eſt, quod ſolos morbos inſequitur. Morbi ſymptoma, imminuta V. G. ventriculi erit coctio, quç morbum in intemperie inſectatur. Cauſç ſymptoma, vitiata erit ventriculi coctio, non à morbo, vel intemperie, ſed ab extrinſeca cauſa, alimentorum .ſ. copia, vel qualitate. Symptomatis D
ſymptoma eſt, quod aliud inſequitẽ ſymptoma, cuiùſmodi flatus, vel acidi ructus, ex imminuta eiuſdem ventriculi coctione. Præterea aliud ſciendum verſari diſcrimẽ inter συμπτώματα nuncupata, & συμβεβηκότα à Græcis dicta; hęc enim accidẽtia in ſanis dicuntur, abſq; manifeſta offenſione actionum, illa verò, cum manifeſta, licèt non primò, ad differentiam morborum. Symptomatũ ſumma genera tria ſunt: in actionib' læſis: in qualitatib' mutatis; Ac in exeuntibus mutatis: ſiuè functionum offenſæ, genus conſtituunt primum; Corporis noſtri affectus ſecundum: Atq; immodica excretio, aut retentio, tertium. Symptomata primi generis ſunt, cum corporis noſtri actiones, Animales, Vitales, ac

σύμπτωμα apud Græcos, & latinos.

Symptomatis proprium.

Diſcrimen inter ſymptoma, & epigennema.

Symptomatum prima genera tria.

Naturales

Naturales, læduntur, imminuuntur. s. deprauantur, vel auferuntur, Secundi generis, existunt, cum aliqua in nostro corpore præternaturam apparet mutatio in qualitatibus, quò ad externos sensus, Tertij demum, cum aliqua in ipsis exeuntib', similitèr, quo ad externum sensum, apparet mutatio, siue in substantia, siue qualitate, ac quantitate, sit eorundem. Hacq; symptomatum, in tria summa genera stante distinctione, reuertentes ad primum, genus symptomatum actionum animalium lesarum, vel est sensibilium, vel motiuarum, vel principum, seu rectricum, quas hegemonicas appellāt Græci.

Symptom. diuisio ex Gal lib de symp. dif. 3

Sensibilium, actionum lesarum symptomata sunt, visus,

F auditus, olfactus, gustus, & tactus; Visus existunt Amblyopia, s. imminuta visio: Allucinatio, hoc est deprauata visio; & cæcitas, idest ablata visio: Ad auditum attinent καρηβαρία grauis nimirum, ac debilis auditus, vel imminutus; obauditio, deprauatus videlicet auditus; & surditas, ablatus nempè auditus: Olfactum respiciunt, quæcumq; odorē imminuunt, deprauant, vel auferunt. Ad gustum verò, & tactum, ea paritèr omnia spectant, quę gustandi, & tangendi actionem, vel facultatem imminuunt, deprauant, vel auferunt; cuiusmodi pruritus, & dolor, vt suo loco patescet: Sēsibilium ergo

Visus symp.

Auditus symp.

Olfactus sympt.

Gustus symp.

G actionum particularia symptomata hæc ipsa sunt; communia verò, atq; generica, sentiendi imbeccillitas, vitiosa sensatio, atq; insensibilitas: quibus si addere velimus vigiliam veternum, soporē, & peruigilium, à Galeni haud recedemus doctrina. Motiuarum actionum extant symptomata, imminutus, deprauatus, ablatusq; motus: primi generis, est, stupor totius, vel partis; secundi conuulsio totius videlicet, vt in tetano, episthotano, & emprosthotano, partis autem, vt in singultu, labiorum contractione, terrore, horrore, rigore, sternutatione, tussi, pandiculatione, atq; oscitatione: tertij verò Paralysis, & Apoplexia: In paralysi enim, seu neruorum re-

Symptomata communia omnibus sensibilibus actionibus

Symptomata actionum motricium.

H solutione, motus aufertur neruorum, deseruientium respirationi, vt in Apnea, voci, vt in Aphonia, linguæ, vt in sermonis vitio: In resolutione prętera Musculorum deseruientium collo vesicę, vt in inuita vrinæ deiectione, ac sedi, vt in stercoris inuoluntaria excretione. Principium actionum sunt symptomata, quæcumq; imaginatricem, rationatricem, & recordatricem facultatē, imminutam, deprauatam, vel ablatam reddunt. Imaginatricem imminuit coma, deprauat delirium, aufert carum. *Est* (inquit Gal. cap. 3. cit. lib.) *imaginatricis facultatis alia ueluti paralysis, siue resolutio quadā, quam Græci caron, & catalepsin uocant; alia ueluti paruus quidam, erransq; motus, quem utiq; paraphrosinen, seu delirium nominant; alia ueluti deficiens, & imbecillus, qualis in comatis, & lethargicis cernitur.* Rationatricem

Symptomata actionum principū.

H respicit

respicit imminutam, fatuitas, deprauatam delirium (quod rationatrici, & imaginatrici esse potest commune) ablatam dementia, & stultitia. Memoratricem insequitur imminutam, torpor; deprauatam delirium; ablatam obliuio. Atq; hæc Animalis facultatis exempli gratia existunt symptomata. Vitalis censent microsphixia, cacosphixia, pulsus .s. imminutio, deprauatio: & asphixia .s. pulsus ablatio; vt à Gal. habetur cap. 4. libri præcitati; ex cuius etiã doctrina, habemus, arteriosi sanguinis imminutam, deprauatam, vel ablatam generationem (in spirituum vitalium gratiam,) in id symptomatis genus posse referri: cui, & syncopes, & animi deliquium, ex pulsus imminutione, deprauatione, atq; ablatione accomodantur: siq; cum philosophis persistendum, ira, pusillanimitas, audacia, & amor in eodẽ reponitur. Nã, *Res est solliciti plena timoris amor*, dicebat Poëta. Naturalis actionis symptomata sunt, vel speciei, vel indiuidui: Speciei erit, imminuta, deprauata, vel ablata cõceptio. imminuta, vt rara: deprauata, vt mostrifica: ablata, vt sterilitas. Indiuidui aũt nutritio, & auctio, imminuta vtraq;, vel deprauata. *In nutriendi* (dicebat Gal.) *actione, atrophia quædam, & tabes, frustrationes eius sunt* (ecce imminuta nutritio) *leuce verò, & ophiasis, & alopecia, & quicquid eiusmodi symptomatũ genus habetur, à uitiosa nutritione procedit.* Cœterùm quia perfecta fieri nõ potest nutritio, nisi intercedat actio facultatis attractricis, retentricis, concoctricis, & expultricis; hinc fit, vt ad has quoq; actiones imminutas, deprauatas, atq; ablatas, propria spectent symptomata: cum .n. magna difficultate, alimentum attrahit, symptoma est attractricis imminutæ. quando ventriculus attrahendo conuellitur, palpitat, tremit, atq; concutitur, deprauatæ; quando nulla fit à ventriculo, vel altera parte attractio symptoma est ablatę. Sic, & in retentrice, cũ minùs retinetur quod retineri deberet, symptoma est imminutæ (vt fluctuatio eiusdem ventriculi) cum saltu quodam, aut conuulsione retinetur, deprauatæ; cum euomitur attractum, ablatæ. In concoctrice eadem contingunt. Symptoma .n. imminutæ facultatis concoctricis est βραδυπεψία, tarda videlicet coctio; deprauatæ alimenti coquendi in aciditatem mutatio, ablatæ incõcoctio; Expultricis demum symptomata sunt, imminutæ, disuria, atq; tenasmus; deprauatę dysenteria, & stranguria: ablatæ volnulus, & colica passio. Deuenientes nunc, ad secundum symptomatum genus, in qualitatibus mutatis, hoc cum locatum videatur in continentibus humani corporis, partisq; impressæ, substantia, has sub se cõtinet species, visibiles, odorabiles, gustabiles, atq; tangibiles. Visibilium sunt colores, qui præternaturam vniuersum occupant corpus, vel

[Margin notes: Symptomata actionis Vitalis. — Symptomata actionis Naturalis. — ἀτροφία symptoma quale sit. — Symptoma retentricis. — Concoctricis. — Expultricis. — Symptomata in qualitatibus mutatis. — Section letters: A, B, C, D]

eius

E eius partẽ, vt icterus niger, vel flauus, aut leucos, siue albus: linguæ nigredo, flauities, aut rubedo. Odorabilium symptomatum species est, Gal. auth. ibidem, fœtor per cutis poros trasmissus, vel aliam quamlibet corporis partem, per os, nares, aures, &c. Gustabilium, est, sapor amarus, vel dulcis, salsus, austerus, vel acidus, præternaturam, sensus gustui repręsentatus. Tangibilium tandem est, dura, distenta, aut præarida cutis, præhumida item, rugosa, vel simile quidpiam preternaturam. Postremum symptomatum genus exeuntium mutatorum, excretorum. s. præternaturam, vel retẽtorum, tùm qualitate, tùm quantitate, tùm deniq; substantia has ipsas sub F se continet species. Substantię. n. mutatorum excrementorum sunt, sanguinis è corpore toto vel parte profluuium, siue à copia, imbecillitate, reseratione, rarefactione, apertione, ruptura, vulnere, contusione, vel validiori facta expultrice, profluat, à naribus s. auribus, ore, vomitu, vrina, vel vulnere, &c. Vnde meritò 4. aphoris. 2. Hypp. *Sanguis quidem supra qualiscumq; fuerit malum*: Eiusdem speciei symptomatum substantiæ. s. mutatorum, excrementorum, sed retentorum, sunt lapis, vermes, arenulæ, ac cõsimilia, quæ cum fuerint retenta, noxam inferunt. Ad mutatam attinent qualitatẽ, G excrementa naturalem non seruantia, odorem, colorem, atq; saporem. Ad mutatam tandem quantitatem eadem excrementa, retenta, aut excreta, per vomitum, vrinam, sudorem, vterum spermatica vasa, sedem, plusquam naturę modo cõueniat, atq; sub hac specie sunt diabites, stranguria, disuria, iscuria, lyenteria, dysenteria, voluulus, colica, suppressio mẽsium, emorroidum, gonorrea, & consimilia. Quibus hunc in modum digestis, quid dysenteria sit, quid dysenterica deiectio, quid dolor, tempestiuum iam est, vt cum Gal. quæramus.

Symptomata in exeuntibus mutatis.

Symptomata in qualitate, & quãtitate mutata.

H *DYSENTERIAE in genere assignatur essentia, ex qua, conflata definitione, affectiones omnes, quæ ad ueram concurrunt constituendam dysenteriam, specificè, explanantur, causæ proponuntur, & differentiæ assignantur.* *Cap. XVII.*

FIRMISSIMIS, ac veritati consonis, iactis in Pathologia fundamentis, circa morborum omnium, atq; symptomatum essentiam, diuisionem in summa genera, ac subdiuisionem in proprias, atq; determinatas species: iam nostrę sunt partes, difficultatem omnem intelligentiæ auferre, ab Apologię Authorum, subtilissimo ingenio, in his quę ad dysenteriæ, & dysentericarum deiectionum spectant essentiam, doloris què obitèr allatam naturam.

Difficultates aller. 93

Ordinata dicendorũ series.

Vt igitur, ordinatam hic faciamus tractationem, trium se nobis offert, non inutilis, nec iniocunda discussio: primùm ipsius dysenteriç; secundò, deiectionum dysentericarum; ac tetiò, concomitãtis vtrasq; doloris: quę tria, cum ad veram concurrant, constituẽdam dysenteriam, genericè in primis; specificè mox, de singulis disseremus. Hypp. ergò lib. de affectionibus num. 24. demonstrans dolorem, & deiectionem, seu alui fluxum, in dysenteria adesse, hoc nobis reliquit testatum: Δυσεντερίη ὅταν ἔχῃ, ὀδύνην ἔχει κατὰ πᾶσαν τὴν κοιλίην, καὶ στρόφος, καὶ διαχωρέει χολήν τε, καὶ φλέγμα, καὶ αἷμα ξυγκεκαυμένον, hoc est; *Dysenteria cum habuerit, dolor adest, per totum uentrem, & tormen: & egerit bilem, & pituitã, ac sanguinem combustum:* quemadmodum ex Gal. etiã primò colligit 9. de comp. med: secundum loca, cap. 5. & lib. med. definit. vbi; *Dysenteria (inquit) est intestinorum exulceratio, cum inflammatione, cruentisq; ac faeci similibus excretionibus aut strigmentis, cum morsu, atq; dolore alui, & intestinorum:* Celsus lib. eius 4. cap. 15. *Cum intus (scribit) intestina ulcerantur, cruor ex his manat, isq; modò cum stercore aliquo, semper liquido, modò cum quibusdam quasi muccosis excretus, interdum simul carnosa quadam deijciuntur frequensq; deijciendi adest cupiditas, dolorq; in ano, & cum eodem dolore, aliquid exiguum excernitur, atq; eo quoq; tormentum intenditur:* Actuarius lib. περὶ διαγν. παθ. cap. 41. *Vbi (inquit) mordax humor in intestinis heserit, radit, & ad deijciendum stimulat, dysenteriam facit, quam alui difficultatem appellant latini, & quidam tormina:* ex quorum illustrium medicorum placitis, cum habeamus, ad dysenteriæ vocem, significari apud nos, intestinorum exulcerationem, fluxũ, atq; dolorem: haud est, vt dicat Aduersarius se, minùs percipere posse, quid nobis velimus per deiectiones dysentericas; scire autem dysenteriam esse morbum, nimirum vlcus in intestinis, & deiectiones in dysenteria, esse symptomata: Siquidem cognoscens hęc duo dysenteriam .s. esse vlcus in intestinis, & deiectiones esse symptomata, facilè percipere poterat, quid voluerimus per deiectiones dysentericas: Dysenteriam ex dictis definientes modò, dicamus quod dysenteria (de vera loquentes) est alui fluxus sanguinolẽtus cum dolore, & exulceratione intestinorum, facta ab aliqua erodẽte causa, &c. dictum à nobis est, dysenteriam esse alui fluxum, tum quia Hyp. lib. de internis affect. & Gal. 4. de articulis tex. 40. omnẽ alui fluxum: dysenteriæ nomine intellexêrunt; tum quia nisi aluus fluat, ac preternaturam fluat, vera esse non potest dysenteria: additum à nobis est, hunc alui fluxũ esse, cum dolore; quia præterquã quod, sic Gal. atq; Hypp. vniuersiq; medicinę coriphæi decreuêre; accedit, quod, cũ solutio adsit vnitatis, vlcus nimirũ intestinorum;

Margin notes: Quę ad dys. concurrant ex Hypp. — Dysent ex Gal. quid. — Celsi doct. de dysent. — Actuarii de dysent. sententia. — Dysenteriç def. ex dictis. — Def. expl.

E ex necesſitate, dolorem adeſſe dicendum; non ſubiicuimus, exulcerationem adeſſe inteſtinorum, tùm quia, nobis de vera dyſenteria eſt ſermo, tùm quoniam ſic pasſim 3. de ſympt. cauſis 2. decreuit Gal. Quarè dicentibus nobis in paradoxo: *Hircini adipis improbatur uſus in dyſentericis curandis deiectionibus*, & paulò infrà, *in dyſenteriæ dolore, & adhuc in dyſenterijs, ſimilibuſq; inteſtinorum curandis affectibus*: haud vitio dandum eſt, quòd nō ſtrictè, nec propriè (vt in ſcientia conuenit demoſtratiua) loquuti fuerimus. Tria.n. cum in vera dyſenteria concurrant, deiectio in primis dyſenterica, dolor, & inteſtinorum exulceratio: ita vt non detur deiectio dyſenterica, F abſq; dolore, neq; hic abſq; exulceratione; cum nobis propoſitum eſſet, in vera dyſenteria, hircinum interdicere adipem; hinc factum eſt, vt iuxtà ſcribendi conſilium, ijs vſi fuerimus vocibus, quæ modò exulcerationem, modò dolorem, modò deiectionem, valebant exprimere: cum.n. quæ in dyſenteria excernuntur, deijciunturq;, Gal. aothore, 2. de ſympt. cauſ. 3. ſymptomata ſint; eaq; in exeunte mutato: nulli dubium, & deiectiones dyſentericas eſſe ſymptomata: quæ cum morbum in præſenti inſequantur, dyſenteriam .ſ. hoc nomine, deiectiones, dyſentericas nuncupauimus: ad differentiā .ſ. G deiectionum, quę lienteriam, diarrœam, aliaſq; alui fluxiones inſequuntur: hancq; differentiā, cognoſcens Gal. citat. nunc lib. & cap. *Quartæ* (inquit excretioni .ſ. dyſentericę) *& minutim, & exiguo tempore expulſio facta uiſitur, aliàs quidèm, ueri ſanguinis, aliàs concręti, in qua non rarò, & puris aliquid excernitur; etiam ulcerum cruſtulæ, quæ Græcè ἐφελκίδες dicuntur, præterea membranoſa, quædam corpora, quæ inteſtinorum ipſorum ſunt particulæ, ſed, & ſtercus ſuper his collectūm, ſæpenumerò excernitur, ſanguinis in ſe guttas habens*. Ad ſignificandum ergo, id genus excretionis, dyſentericarum deiectionum nomenclatura, fuimus vſi. Quod ſanè excretionis genus ſymptoma eſt, de genere H exeuntium mutatorum, ſpectantium ad ſubſtantiæ, qualitatis, ac quantitatis excretionem, quò.n. ad ſubſtantiam excernit ſanguis, quò ad qualitatem excretiones, proprium, ac naturalem non ſeruant, colorem, odoremq;: & quò ad quātitatem, eędem excretiones excernēdi modum excedunt. Additum in fine definitionis eſt, inteſtinorum exulcerationem (quę propriè etiam dyſenteria dicitur, à Gal. 1. de locis affec. 2.) ab aliqua erodente cauſa, eſſe factam, ſiue acri pituita, aut flaua bile, aut atra, aut ſanguine acriori; vel pharmacis, quę ſua acrimonia igneitateque inteſtina exulcerent; quoniam, cum mordax humor (Gal. ibidem authore) inteſtina, ab initio abſtergit, abraditq;; prius etiam, quàm ea exulceret, dydyſenteriam parit. Atq; hęc quò ad definitionis particulas generice

Neceſſaria in vera dyſenteria ſolutio inteſtinorum.

Quę ad veram dyſēteriam cōcurrunt.

Deiectio dyſenterica eſt ſymptoma.

Deiectio dyſentericorum ex Gal qualis.

Deiectio dyſent. in quo genere ſympt. reponatur.

ricè dicta sufficiant. Specificè magis nunc easdem tractantes. Galenus 3. de symp. caus. 2. Dysenteriç (prout sanguinolentus est fluxus) enarrans species. *Cæterum* (inquit) *differentiæ sanguinolentæ excretionis, quatuor in uniuersum sunt, quatuor succedẽtes affectibus, una quidem ipsius sanguinis, in ijs, in quibus artuum aliquis est abscissus, uel qui exercitationem dimiserunt, per circuitum repetens; Altera cum ex imbecillitate iecinoris aquosus sanguis deijcitur, quem utiq; loturæ carnis assimilant. Tertia, quæ mox est dicta melancollici splendentisq; sanguinis. At hæ quidem tres, ut multum, & simul excernantur efficiunt. In quarta, & minutim, & exiguo tempore expulsio facta uisitur, aliâs quidem ueri sanguinis, aliâs concreti, &c.* vt nupèr significauimus, de qua loquens ibidem Gal. *Quartæ autem* (inquit) *de qua modò egimus, intestinorum, exulceratio est affectus, quam etiam nonnulli dysenteriam nominandam censent.* hucvsq; Medicinæ preceptor, qui intelligẽs, dysenteriæ nomine, cum Hyp. lib. de artic. tex. 4. omnes sanguinolentas excretiones; propriè tamen, quæ cum intestinorum exulceratione fiunt; vt, & 2. de locis affec. 5. & 6, eorundem 2. admonuit; Atq; huius propriè dysenteriæ, dictæ apportans differentias AEtius, prima inquit; est, cum corpora quædam pinguia excernuntur; secunda, vbi ramenta intestinorum, abrasa eorum superiori superficie, deijciuntur; & tertia, cum aliquid ex ipsa intestinorum substantia abraditur. Δυσεντερίη dicebat AEtius lib. 2. περὶ χρον. παθ. cap. 9. τῶν δὲ τῶν ἑλκτῶν αἱ ἰδέαι. Dysenteria .s. est horum vlcerum species, hoc est intestinorum. Quarè à primo ad vltimum, veræ dysenteriæ essentia, in intestinorum exulceratione, sanguinolenta fluxione, vt vidimus, atq; dolore est collocata. Sed specierum omnium magis adhuc vt elucescat natura, de causis specificè etiam disserendum. Causa ergo specierum dysenteriç, varia est, pro specierum commemoratarum 3. illo de symp. causis, varietate: prima .n. à Gal. citata à sanguinis nascitur copia, aut suppressa quadam euacuatione vt 5. de locis affec. 7. commonefecit idem, aut à truncato membro. Secunda, quæ hepatica dicitur dysenteria, à sanguinis etiam infertur exuperantia, vel imbecillitate facultatis alteratricis, & retentricis hepatis, vndè hepaticus quoq; dictus est fluxus. Suscitatur tertia, ex commemorata sanguinis acrimonia. Quarta verò, ex intestinorum exulceratione, quæ propriè dysenteria vocat. ὡς σημαινούσης τῆς προσηγορίας ἐντέρων ἕλκωσιν: significante videlicet appellatione ipsa, intestinorum exulcerationem 6. de locis affec. 2. dicebat Gal. Cœterùm exulceratio, vel internam, vel externam habet causam; huius generis est, nimium frigus, ardor, venenatorum pharmacorum potus, acrium alimentorum vsus, & esus, cruditates, & consimilia;

Margin notes:

Dysenteriç species ex Gal.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

B

Dysenteria propriè dicta, ex Gal.

Verç dysenteriæ differentiæ.

C

Verç dysenteriç essentia.

Causa primç speciei dysent.

D

Causa secũdç speciei.

Causa tertiç, & quartæ.

Exulcerationis causa, quæ.

(A)

E milia; prioris verò, præcedés inflammatio, humorum acrimonia, atq; mordacitas, à toto vel à parte, vel in intestinis producta, atq; tenesmus. γιγνέται δὲ ἀυτη ἡ νόσος, ἐπειδὰν χολὴ, καὶ φλέγμα καταςηρίξῃ ἐς τὰς φλέϐας, καὶ τὴν κοιλίην. dicebat lib. de affec. num. 24. Hypp. *Fit. s. ipsa morbus cum bilis, & pituita, in uenas, ac aluum incubuerint; ægrotat quidèm sanguis, & corruptus secedit, ægrotat autèm, & intestinum, & raditur, & exulceratur, paulò infrà conscripsit.* A Etius verò lib. 3. cap. 42. ex tenesmo, vel quadam ex prædictis alui turbationibus, nunc per se incipere, dysenteriam, textatus fuit. Actuarius lib. 1. cap. 41. & apud interpretes 20. humorum agnouit acrimoniam:
F deq; dysenteriæ essentia, distinctione, ac causa hæc apud medicinæ principes, memoriæ commendata comperimus. De dolore, dysenteriam insectante, nunc dicere, reliquum esset: verum quia, longiorem eius contemplatio exposcit tractationē; reliquas alui fluxiones (tanquam hinc omnia, quæ de dysenteria diximus futura sint clariora) explanandas aggrediamur.

APPORTATVR essentia lienteriæ, diarrææ, tenesmi, ac fluxus nuncupati cœliaci; omnium ad inuicem innotescit discrimen, & causa indagatur. Cap. XVIII.

G GRAECORVM, in alui fluxionibus explanandis, insectantes doctrinam, lienteria ex Hypp. libr. de affect. num. 25. tractanda se offert. à dignotione autem sumentes exordium. Λειεντερίη τὰ σιτία διαχωρέει ἄσηπτα ὑγρὰ, ὀδύνη δὲ ὀυκ ἔνεσι, λεπτύνεται καὶ τὸ σῶμα. hoc est. *Lienteria, cibaria excernit incocta, humida, dolor autem non adest, & corpus attenuatur.* ἡ λειεντερία inquit Gal. com. 6. aphoris. sec. 1. ταχεῖα διέξοδος ἐςι τῶν ἐσθιομένων, τε, καὶ πινομένων, τοιούτων ὑποχωρούντων, ὁποῖα κατεπόθη. hoc est. *Lienteria uelox*
H *exitus est, eorum quæ commesta, & potata sunt, talitèr excretorum, qualitèr sunt deuorata.* Morbum, in quo celeritèr ea, quæ comeduntur, talia dejjciuntur, qualia deuorata fuêre, leuitatem intestinorum nominant, hoc est lienteriam (quæ leuitas intestinorum dicitur à latinis) com. 4. aphor. sec. 12. similiter commonefecit Gal. qui dicens com. illa sexta aphor. Liēteriam esse priuationem coctionis, quum neq; quò ad consistentiam, neq; quò ad colorē, vel odorem, vllâue in ventriculo qualitatē facta fuisset mutatio ciborum, manifestè visus est eam reposuisse in genere symptomátum actionis naturalis retentricis ablatæ. ità vt, vbi dysenteria ratione symptomatis, collocatur in genere exeuntium mutatorum in qualitatē, quantitate, & substantia; lienteria seruatur in genere actionis natu- Dysenteria in quo genere. symptom posita sit.

 ralis

ralis retentricis ablatę, inteſtinorum. atq; hāc veritatem animaduertens Actuarius lib. 1. περὶ διαγν. παθ. cap. 42. uitium (inquit) *ex ipſo quaſi nomine pateſcit, nam leuibus, & quaſi lubricis factis inteſtinis, nec ad breue quidèm temporis ſpatium, alimentum continere poſſunt*: cauſa ergo huius ſymptomatis eſt leuitas inteſtinorum, hoc eſt amiſſa naturalis aſperitas eorundem: amittitur autem vt plurimùm vel ab intemperie ſummè frigida, imbecillam reddente retentricem, (quodamodò. n. inteſtina relaxantur) vel ab vlcere aliquo abradēte aſperā ipſorummet ſuperficiem; vnde dicebat Paulus AEgineta libr. 3. cap. 40. *Lęuitas inteſtinorum duplici continetur diſcrimine, una quidèm, ut plurimum ex inteſtinorum ulceratione contrahitur, ſecundum aliquos autem propter cicatricem, ex dyſenteria, & ex alijs, ut plurimum fit fluxionibus: altera uerò, ex infirmitate, & lāguore uirium alimenta in uentriculo cōtinentium creatur*: hęc abſq; dolore ſemper eſt, cum cruciatu, & dolore illa, ſtimulata etenim expultrix facultas, ab vlcere, & hoc ab acrimonia alimentorum, vel humorum, inteſtina minùs aſſumpta valent retinêre alimenta; quorum gratiâ (prout abſq; vlla coctione excernuntur) ſi conſideretur lienteria, hæc erit ſymptoma ſymptomatis: ſymptoma inquam (vt Gal. monuit 3. de cauſis ſymp. 2.) in genere exeuntium, immodicè excretorum, inſequēs ſymptoma in genere actionis naturalis retētricis ablatę inteſtinorum. Sed. n. non ſola intemperies. vel exulceratio lienteriam producit, ſed humor aliquis, vt plurimùm frigidus; à vētriculo, & vt Auic. placuit, à cœrebro in inteſtina delabens: necnon alimētorum ingeſtorum conſimilis natura, ea inquam, quæ leniēdo ſoluunt, ventremq; mirificè laxant, ac de lienteria ſatis. Diarrœa altera inteſtinorum fluxio vel profluuium, eſt non ſolùm inteſtinorum ſymptoma, ſed, & ventriculi in genere exeuntiū mutatorum: eſt verò auth. Celſo lib. 4. cap. 19. copioſior alui fluxio diuturna, ſine phlegmone, & exulceratione vel vt Gal. placuit 1. de morbis vulgaribus, deiectio crebra humidorum excrementorum, abſq; lienteria, dyſenteria, & teneſmo: in qua deiectione, quia excernūtur humores vitiati, & corrupti, à cœrebro, ventriculo, pulmone, hepate, veſica fellis, liene, venis, meſaraicis, vel ab alia altera corporis parte, vel etiam à toto, abſq; vllo dolore, phlegmone, vel vlcere; hinc à lienteria, & dyſenteria, diarrœę ſpectari poteſt diſcrimen: nàm prę terquamquod in diarrœa, nō vna ſemper affecta eſt pars, ſicut in vna, vel altera dictarum fluxionum, inteſtinorum: Accedit, quod, quæ excernuntur, & diuerſo modo excernuntur, & varia ſunt excreta: diuerſo quidèm modo, quia vbi in lienteria velox fit exitus eorum, quæ eduntur, & bibuntur, abſq; vlla coloris mutatione, ſine fœtore, atq; dolore

Lienteriæ cauſa.

Lienteria quomodo ſit ſymptoma ſymptomatis.

Diarrœę definitio.

Multiplex pars affici poteſt in diarrœa.

A B C D

E lore (qui tñ in dysenteria adest, vnà cũ cum fœtore,& fœcũ excretarum varietate;) In diarrœa nullus est dolor (non.n.exulceratio adest)non ita velox assumptorum fit euacuatio,assumpta mutant, mutataq; fœtẽt:varia verò sunt excreta,quia iuxtà affectionẽ partium,à quibus colluuies emandatur excrementorum,varietas pẽdet eorumdẽ:si namq; à cœrebro; excremẽta (Hyp.auth.5.aphor. 7.12.& 14.)excernuntur spumosa,si ab ventriculo incōcocta alba, & pituitosa,crebra,atq; exigua;si à pulmone,purulenta:si à iecore chilosa(potissimum si illius facultas fuerit oblesa)si à vesica fellis biliosa; à liene,nigra,ab alijs verò partib',vt intestinis,oris,ac linguę affectionibus,vt in pueris,cum dentire incipiant,ob humiditatis redundantiam,fluida. Quòd si, à toto diarrœa procedat, excrementa varia etiã sunt,pro varia affectione totius; à plenitudine .s.huius,aut illius redundantis humoris,referentia naturam: à cachochimia,cachochima; à liquatione exigua,glutinosa,opima, & graueolentia:à tabe,hectica,vel ardẽtissima febre,similia:vtq; ab vna,vel altera,totum corpus afficitur ęgritudine,varia,atq; diuersa apparent excreta:recipiens.n.venter Gal.auth.2.prog. aliarum partium humores (valida existente expultrice) ventriculus,& intestina languidiora facta,præfato symptomatum genere exeuntiũ mutatorum,immodiceq; excretorum,corripiuntur:ita vt conueniant ratione excretorum immodicè,tria hæc dysenteria,lięteria, ac diarrœa;differãt in excernendi modo,excretorũ varietate,atq; diuersarum partium affectione. Causa huius sympt. multiplex esse potest affectio; tùm totius,tùm pdictarũ partiũ, quemadmodum, facili,vel negocio,vnusquisq; dignoscet, quamobrem epilogo cōcludẽtes: Diarrœę cuiusq; causa est(cum clarissimo Altimaro lib. de medẽdi hum.corp.morb.cap.73.) vel malè concoctus, vel malè distributus cibus in inferiori ventre, vel humor quispiã, ad eũ cōfluens à toto, vel aliqua corporis parte criticè, aut symptomaticè diductione, à finib' concidẽte: Supersunt nunc inter cōsimiles alui fluxiones τεινεσμὸς; atq; κοιλιακὴ affectio, tenesmus.s.dictus et à latinis,atq; cœliacus fluxus:est autẽ tenesmus (A Egineta teste lib. 3.cap.4. πάθος, προθυμία πρὸς ἔκκρισιν ἀπαραίτητος, οὐδὲν ἐξάγουσα πλὴν ὀλίγων αἱματωδῶν, ἢ καὶ μυξωδῶν: *Passio.s.concupiscibilis,& implacabilis,ad excernendum,nihil educens, præter pauca sanguinolenta,& muccosa*; eandem habens causam,ac dispositionem (dixit comm. 7. aphor. sec.27.Gal.) quam in difficultatibus intestinorum suscipit aliquod ex superiacentibus intestinis; hoc est, vt nos prædiximus, vlcus,sed recti intestini,q(vt Actuarius lib.1.cap.41.refert) quia in eo affectu τείνεται i.extendit;tenesmus ab ipsomet symptomate

Varietas excrementorum in Diarrœa vndè.

In quibus dysenteria lyenteria, & diarrœa conueniãt & differãt.

Diarrœę cuiusque causa.

Tenesmi definitio.

(Gal.

(Gal.asseuerante 2.meth.2.) nuncupatur. Est autem, apud Arabes teneſmus duplex, verus, vlceris comes: non verus, eiusdem expers, à frigore, vel indurato stercore productus. affectus cœliacus, *διάθεσις κοιλιακὴ* nnncupatus à Græcis, perperàm (ni fallor) cum lienteria à Paulo confusus, velox paritèr exitus est (vt AEtius confirmat lib.9.cap.37.) eorum, quæ per os assumuntur, verum non omninò crudorum, & inconcoctorum: vt propterea, cœliaci affectus, à lienteria discrimen sit, non in genere symptomatis, sed in actionum læsione facultatis concoctricis, necnon retentricis, cui si addere velimus, diuersitatem partis affectæ, profectò non aberrabimus: vbi .n. in lienteria nulla assumptorum alimentorum apparet coctio, aliqualis in cœliaco fluxu visit, ita vt, hac ratione symptoma sit facultatis concotricis imminutæ, quā veritatem cognoscēs ipsemet Paulus lib.3.cap.4.hęc memoriæ commendauit. *In utroq; leuitatis genere (quod .s. factum est, ab intestinorum exulceratione, quodq; à languore, & infirmitate uirium, alimenta in uentriculo continentium) cæleriùs inquàm in cæliacis, quæ assumpta sunt egeruntur, eoq; intenta est cruditas, ut alimenti assumpti genus apertè cognoscatur, atq; hac nota potissimùm à cæliacis discernuntur*. Causa huius affectionis est Actuario teste lib. *περὶ διαγν. παθ.* cap.40. *Vbi refrixit, incaluitq; uehementiùs uentriculus, uel squalet, & humet, atq; in habitum iam intemperies abiuit:* pars ergo affecta in cœliaco fluxu est ventriculi intemperies, lienteriæ verò, intestinorum, vt personat nomen: aliarum omnium fluxionum, vt plurimùm, ipsamet intestina, vna vel altera prædictarum partium, concurrēte affectione. Sed.n.distinctior, ratione eorum quę excernuntur, huiusmodi fluxionum, vt appareat differētia Adnotatione occurrit dignum, in cœliaca fluxione, excrementa excerni, cremori ptissanæ haud dissimilia aliquantispèr mutata: in lienteria nihil prorsùs immutata, sed pœnitus incocta, & cruda. In diarrœa excremētitia, & varia, iuxtà varietatē partiū, à quib⁹ ꝓlabunt: in dysenteria, diuersa, iuxtà diuersitatē specierū, vt dictū est: In tenasmo verò, cruenta mucosa, & pinguia, in nō vero, copiosa, & dura; & qm̄ in dysenteria, modò gracilia, seu tenuia, modò crassa afficiunt intestina, in tenasmo verò semper crassa, & inter ea, ꝙ rectū dr̄: haud prætermittendū, excrementa dysenterię, tenuiū intestinorū, esse admodùm confusa, diutiùs post dolorē reiecta, tenuia fœtida, cūmq; acerbissimis dolorib⁹ excreta: crassorū aūt, crassa, lata, pinguia, impermixta, supernatantia, minùs fœtida, ac statim post dolorē reiecta. Tenasmi demùm, siue ab vlcere, siue ab inflāmatione, vt plurimū saniosa, & cū dolore, tumoreq; recti intestini, à frigore verò cum sola absq; doloris acerbitate, tēsione: quarè fluxionum penè omnium, cum patescat essentia, quid dolor sit, inquiramus.

Teneſmus duplex, & quis.

Affectus cœliacus.

Discrimen lyenterię à cœliaca passione.

Causa cœliaci affectus.

Discrimen excrementorum in omnibus alui fluxionibus.

Authoris consilium.

E *EX doloris definitione, explicationeq; decernitur, contra aduersarij placita, dolorem esse symptoma spectans ad læsionem actionis sensus tactus.* Cap. XIX.

NOVITATIS, nè quidpiam, nostra sapere videatur, doctrina. Scribés Apolog. Auth. *Quærerem ego abs te, ad cuius differentiam ponis, quod dolor est symptoma ad læsionem spectans, sensus tactus, cum sat fuisset dicere, quòd est symptoma, in actione læsa, facultatis animalis, cum tristit sit sensatio.* Asser.105.
huius tãti viri assertio, inuitat, vt quid dolor sit insculpat nunc stylus. A rei igitur non recedentes naturâ. Dolor ἄλγημα, ἀλγηδὼν, ἄλγος, πόνος, & ὀδύνη, nuncupatus à Græcis, Gal. auth. 3. Meth. Doloris nomina apud Græcos.
F vlt. & lib. de differ. symp. 3. est sympt. ipsius facultatis animalis externę, spectãs ad læsionem, actionis, sensus tactus, depẽdens, à præsentia alicuius obiecti iniucundi, siuè tẽperies extet, vel soluta vnitas, aut vtrumq; interiori sentiendi cõcurrente potentia: ex cuius definitionis declaratione, cum omnia prudẽti viro, futura sint clariora: dicamus, dolorem decreuisse, esse symptoma, tùm quia eiusmodi vox, generis obtinet locum, ad omnes dispositiones, & corporis nuncupatos affectus, tùm quia, cap. 3. lib. de diff. symp. sic desiniuit Gal. reliquas addidimus particulas, & ad differentiã symp. Doloris definitio. Dolor cur symptoma.
G facultatis animalis internæ, & ad differentiã aliarũ externarũ functionum. *Sensibilis animæ functio* (dicebat Gal. cit. loco) *quinq; in totum habet differentias, uisiuas, olfactiuas, gustatorias, auditorias, & tactorias:* harumq; referẽs ibidèm symptomata. *Porrò* (ait) *tactus ægregium, præter cæteros sensus in actione læsa symptoma, possidet dolorem, qui etiam reliquis sensibus, sed tamen ab externis proprijs sensibilibus incidit: huic uerò, non solùm ab externis, sed etiam multò magis ab affectibus, qui intrà corpus consistunt; isq; subindè tàm uehemens, ut nonnulli cruciatu uicti, sibi ipsis mortem consciscant: At sentiunt quidèm oculi, ex lucis splendore dolorem quemdam, & aures ex magno quopiam, & aspero sono: sic in gustu quoq;, & odoratu,* Dolor cuius facultatis symptoma.
H *alij tales incidunt dolores, à proprio tamẽn sensibili, unoq; sensu malè affecto. Maximi uerò dolores tactus sensui cõtingunt, quippe qui ex aurium flegmone, alioué affectu uehemẽtèr nos angunt, ij propriè auditus nõ sunt, sed tactus: Est .n. is sensus omnium sensoriorũ cõmunis, reliqui quatuor, sui quisq; solius. Ad eumdẽ modum in oculis, nõ raró dolores immodici urgent, tãgendi .s. in his sẽsu cõtristato, nõ minus etiã iu dentib⁹, & in crasso intestino: Iã pruritus quoq; ex hoc genere symptomatum est. Nõ est igitur, quod per unumquodq; membrum, proprium nomẽ quæras, qualia .s. Cephalalgia .i. capitis dolor, & cardialgia, idest cordis dolor, & otalgia idest aurium dolor, non enim inuenies positum; sed oratione omnia talia explicasse contentus eris, uessicæ: & renum, & lienis, dolores item genuum, & pedis, cæterorumq; ad similem modum, dolores appellans, ac talia quidem, & sensibilium actionum sunt symptomata.* Dolor est propriè sẽtus tactus.

hucvsq;

Dolor vt communis aliis sensibus.

hucvsq; Galenus à quo cum habeamus, dolorem esse symptoma, A non solùm propriè sensus tactus, sed aliorum etiam sensuum, quatenus hi tangendi quoq; facultate sunt prediti: haud costat, quomodò ausus fuerit vir prudens nos accusare de nouitate doctrinæ, eoq; magis cum admonens strictè, ac propriè loquendum esse, in scientia demonstratiua, strictissimè, & maximè propriè (vt ita dicamus) fuerimus in medicina loquuti. Cæterum, quam larga ipsius sit doctrina, hinc depromatur. Est quidem dolor (vt ipse inquit) sensatio, eaq; tristis, verum hæc sensatio, non magis ad sensum tactus, quàm alios potest referri: Sensatio. n. cum facultas existat, sensibilis animalis corporis, qua animal, non solùm viuit, sed sentit, B dijudicat, appetit, spirat, & loco mouetur: eiusmodi vox (sensatio) nimis generica esse videtur; cum, preterquamquod, & internos, & externos omnes respicit sensus, motus etiam animalium compræhendat. Præterea quemadmodum voluptas, blanda quædam, atq; iucunda extat sensatio, ab iucunditate obiecti, producta, non magis, in sensu tactus, quàm alijs, sic, & tristis sensatio, ex qua dolor prouenit, non magis, ad vnum, quàm ad alterum, ob presentiam obiecti iniucundi, reducitur sensum: ita vt nisi hæc tristis sensatio, coarctaretur ad sensum tactus; ex solo, tristis sensationis nomine, C nullo pacto, in demostratiua, huius viri doctrina, concludi possit, ipsius solùm sensus tactus, deprahendi dolorem; quoniam inquam Gal. auth. 3. Meth. Med. cap. vlt. Noxe omnium sentiendi actionum communes, vitiosus sunt sensus. i. tristis, ab aduersario, vocata sensatio. Sed ad definitionis iā redeamus particulas. Diximus, dolorē esse symptoma facultatis animalis externæ, ad differentiam, doloris, occupantis internam; ad quā animi magis q̄ corporis, attinet dolor: addidimus, spectare ad læsionem sensus tactus, qm̄ maximè propriè sensus tactus, dolor est symptoma: & ratio est, tū quia, sentiēdi facultas, per totum corpus est distributa, tū quia rationi cōsentaneū erat, totum corpus, quadā particulari, affectū esse sensa- D tione; ob quā demonstraret, tangendi facultatē, per vniuersum esse distributā. huiusmodi verò, cū fuerit voluptas, & dolor: hinc factū est, cur dolorē dixerimus, symptoma esse facultatis animalis, externæ, spectareq; ad læsionē actionis, sensus tactus: ita vt nō in gratiā magis intestinorū, quā aliarū partiū, obitèr in paradoxo, doloris à nobis, data sit definitio, sed in gratiā eius facultatis sensibilis; cuius, vt ꝓpria passio, dolor existit: Additum in definitione, à nobis est, dependêre dolorem, à præsentia alicuius obiecti, iniocundi, siue temperies sit, vel soluta vnitas, aut vtrumq; quia vt infrà patescet, quicquid soluere, & corrumpere potest sensum tactus, vel

Dolor vt tristis sensatio.

Voluptas quibus cōmunis.

Tristis sensatio quibus communis.

Tactus per vniuersum corpus.

Dolor vt definitus in paradoxo.

E vel intemperies, vel vnitatis extat solutio: quando, & temperies, & vnitas, naturalis censetur constitutio, per quā sensus tactus per bellè exercetur: diximus postremò, ad dolorem (qui λύπη etiam, à διαλύσεως forsan est dictus, corporis .s. dissolutione) sentiendi concurrere potentiam; quoniam nulla externa sensatio, perfecta tamèn, absq; interna fieri potest, & contra; nihil .n. in intellectu, quin priùs fuerit in sensu, & quoniam, diuinus etiam Hypp. adnotauit, 2. aphoris. 6. quòd si aliqua parte dolentes, dolorem non sentiant, his mens, ægrotat; quam eādem veritatē cognoscens Arist. 1. rethor. cap. 4. & 6: dolorem conscripsit, in parte fieri, cognoscente: deq; doloris essentia, & causis in aduersarij gratiam, hæc obitèr
F sint typis mandata: quibus si addere velimus, Hypp. lib. de sacro morbo, conscripsisse, tactum esse doloris subiectum; & Ioannem Marinellum, eius interpretem asseruisse dolorem propriam esse, sensus tactus passionem: Auerroëmq; magnum 3. colliget cap. 30. statuisse hoc, idem: consona, veritati adducemus; vbi Turrisanus quoq; arguens, pro opinione Auicennæ volens demostrare dolorē non fieri nisi in sensu tactus, com. 88. 2. artis medic. hoc vtitur argumento: *Vbi non est perceptio causæ doloris, ibi non est dolor; sed in alio sensu non est perceptio causarum doloris, quàm in sensu tactus, quia mala tē-*
G *peratura, & solutio cōtinui solùm, à tactu percipiuntur, & hæ sunt causæ doloris secundùm omnes: quarè dolor erit, solius sensus tactus*: hæc ibi vir doctus, quocum persistens Victor Trincauellius lib. 3. suorum Cōsil. con. 64. Altimarus lib. de med. humani corp. morb. passim, Cardanus in contradictionibus, ac Valeriola lib. 3. enarrat. 2. firmitèr decernēdum, dolorem, symptoma esse, & corruptam sensationem facultatis animalis externæ, &c. vt definiuimus.

> Dolor à Græcis vnde dictus.

> Dolor fit in parte cognoscē-te.

> Doloris essentia, & subiectum.

QVOD *Dolor definitus obitèr in paradoxo per corruptam sensationem sensus tactus, &c. fuerit optimè definitus.* Cap. XX.

H

DICENTIBVS nobis in paradoxo. Dolorem esse corruptam sensationem, &c. insurgens aduersùs hanc obitèr eo loci allatam definitionem Auth. Apologię. *Cum actiones (scripsit) triplicitèr lædi possint, uel quia diminutæ sint, uel ablatæ, uel deprauatæ: ideo quādo dicis dolorem esse symptoma, uel corruptam sensationem, nescio quid per corruptam sensationem insinues, an diminutam, an ablatam, an deprauatam, quodcumq; tamen dixeris, difficultatem patitur apud me.* Ab hac igitur difficultate, vt aduersarius euadat; veritatem cum singulis medicinæ, atq; philosophię principibus, venemur. Gal. in de placitis Hypp. & Platonis

> Asser. 102

Dolor vt corrupta sensatio.

Corrupta sensatio quo genus in definit. dol.

Quod dolor sit corruptio.

Actiones in corpore quo offendantur.

Operatio corrupta apud Montanum.

Illustrium virorũ sen-

tonis lib. passim, hęc habet. Sicuti voluptas perfectio quædam est A sensus, ita, & dolor eiusdẽ extat corruptio : dum etenim dolet homo, ipsius natura corrumpitur, & alteratur. Plato ipsemet lib. cui titulus est Philebus commendans literis, dolorem esse armoniæ corporis corruptionem, apertè visus est demostrasse, dolorem esse corruptam sensationem; idem sibi volens, per corruptam, ac deprauatam : ita vt, si liberè loqui velimus, dicendum, eam vocem (corruptam sensationem) proximum esse genus, in definitione allata, inter actiones animales, tàm externas, quàm internas; quæ cũ lęduntur, sunt diminutæ, ablatę, vel deprauatæ : quia igitur in dolore deprauantur, hinc factum est, vt Plato, & Gal. dolorem scripserint esse, sensationem corruptam : siquidem naturæ nostræ corruptionem, doloris causam passim Plato in Philebo agnoscit: quarè ad differentiam imminutæ, & ablatę, corruptam diximus. B *Fames* (dicebat citato loco diuinus Plato) *quidem solutio est, atq; molestia, commestio uerò repletio, atq; uoluptas. Sitis iterum corruptio, solutioq; & dolor. Quoties corrumpitur animata species* (dicebat infra) *ex infinito, & termino, secundum naturam, ut diximus genita, eiusmodi corruptio dolor est. Dictum est sæpenumero* (sub Socratis persona aiebat idem) *quòd quorumlibet natura, concretionibus, uel discretionibus, repletionibus, uel euacuationibus, incrementis, uel decrementis corrupta, dolores, molestiæ, cruciatus, cæteraq; id genus exoriuntur*. C Cœterùm à doctissimis Apol. Auth. præceptoribus nè recedamus. Ioannes Baptista Montanus, in præfat. librorum Gal. ad Glauconem, ostendens quomodo actiones, in humano corpore, tripliciter possint offendi, vel quia s. auferantur pœnitus, vel diminuuntur, vel corrumpuntur: loquẽs de operationibus corruptis hęc explicatis habuit verbis. *Dicamus uerò, operationes esse corruptas, quotiescumq; fit quidem operatio, sed corrupta, ut stomachus concoquit quidem, sed corruptè, assat. n. & adurit, oculus uidet, sed uidet nebulas, & obiecta, quæ nõ sunt extra, intellectus intelligit, imaginatio imaginatur, sed corruptè, & non sunt, sicut oportet*. D Atq; hucvsq; per varia operationum corruptarum exempla, processit Montanus, qui intelligens per operationes corruptas, deprauatas; haud intellectu, difficile esse debebat prudenti viro, quid voluerimus in paradoxo insinuare, per corruptam sensationem; quando eiusdem præceptor palàm edocuerit, tunc corruptam fieri operationem, aut sensationem, quando vtraq; corruptè in organo proprio, cuius est, operatio, aut sensatio, exercetur: Vt propterea, cum corruptè in dolore, organi ꝓprij fiat operatio, siue sensatio, iurè factum sit, vt per corruptam sensationem definierimus dolorem. atq; hanc ipsissimam veritatẽ, vidẽtes Perill. viri, Hieronymus Mercurialis, atq; Hieronymus

E nymus Capiuaccius, vtriq; in suis lucubrationibus, scriptis mandarunt; dolorē esse corruptā sensationē, dicebat.n. Mercurialis. *Dolor est alteratio corrupta, & ratio est, quia cum dolet homo, ipsius natura alteratur, atq; corrumpitur.* Capiuaccius verò, decernēs, & ipse, dolorē esse corruptam sensationem, ad differentiam ablatæ, & diminutæ, dicere solebat. *Intelligant iuuenes hanc ueritatem, Diximus nos dolorem esse sensationem corruptam, ut ex hoc pateret definitum esse accidens: & cum accidens sit morbus, atq; etiam symptoma, proculdubio est symptoma, quod distinguitur ab exeunte mutato, à qualitate mutata, quoniam sensatio est actio. Est autem actio corrupta, non ea ratione, qua error sit in iudicio, ut obiec-* F *tum dolorificum non sentiatur, sed quia deprauatè sentitur:* hęc ibi vir doctus, qui corruptam sensationem, appellans dolorem, exemplum afferens ait. *Admoneantur iuuenes Icterici quotiescumq; offertur ipsis aliquod obiectum album, imaginantur esse citrinum, est error in iudicio* (qm̄ .s. dicimus nos, malè affectum est organum.) *in dolore hoc nō contingit, quia sensus iudicat obiectum, quemadmodū est, ut V. G. si apponatur fel supra linguam, hæc percipit amaritudinem fellis, non errabit in iudicio, tamen non erit sensus iucundus, sed ingratus: ideò dicimus esse sensationem corruptam, quia fit cum uiolentia, & proindè præter naturam V, G. in actione naturali, in colica illa passione, in qua uentriculi expultrix insurgit ad expellēdum, expul-* G *sio illa, est prætèrnaturam, est expulsio deprauata, quamuis expellitur id quod est noxium; sed dicitur deprauata, quia fit cū uiolētia;* sed de re vili, satis.

tentia de doloris definit.

MORBIFICAE efficientis causæ morborum, allata inter res præternaturam definitione, diuisione, ac subdiuisione, quid uniaquæq; sit innotescit. *Cap. XXI.*

CVM igitur in omni affectu præternaturam, qui medico proponitur considerandus, triplex esse soleat consideratio, nimirum, aut ipsius morbi, aut morbi causæ, aut à morbo emanantis symptomatis. Inuitat præsentis assertionis auth. nè de morborum causis, in Pathologia, pretermittamus discur- H sum. Morbificæ ergo causæ nomine, effectricem morborum intelligentes. Est Gal. authore lib. de differ. sympt. 1. quid in corpore præternaturam, quod cum morbum pręcedat; aliquam suæ generationis confert causam, actiones non primò, lædentem: Causam diximus esse quid præternaturam; tùm quia eiusmodi vox genus est, rebus alijs præternaturam, symptomati .s. ac morbo, tùm quia causa morbosa existens, quicquid morbosum est, præternaturam est. Additum in definitione fuit, causam, pręcedere morbum; & ad differentiam symptomatis, quod insectatur, & morborum, qui eamdem insequuntur. *Cum non statim* (dicebat Galenos cit. lib.) *quicquid est præternaturam, morbum uocemus, sed id, quod actionem*

Affect. 76.

Causæ morbificæ definitio.

Discrimen causæ morb à rebus aliis præternat.

actionem primùm uitiat, morbū, quod hunc insequitur symptoma, quod eundem præcedit causam. Non subticuimus, aliquam suæ generationis conferre causam, ad significandum, solam effectricem causam, hāc vim habere. Formalis enim, ideam repræsentat, & Materialis subiectum. Finalis, vt quid boni non repręsentans, à medico non consideratur. Innuimus tandèm, causam morbificam non primò lædere actiones; *quia affectus, qui non secundum suam ipsius functionem labefactat, sed morbi interuentu, talem affectum, non morbum, sed causam, quæ morbum præcedat, appellamus.* Hacq; morbificæ causę, stante essentia; diuiditur, ex Gal. 3. com. in sextum epid. tex. 20. in Προκαταρκτικὴν Προηγούμενην atq; Συνεκτικήν præincipientē, antegresam, & continentem latinè diceres, externam, internam, & coniunctam, vel præcedentem, antecedentem, & contentiuam, eodem idiomate, nuncupares. Cœterùm quia de continente, vel coniuncta, aut cōtentiua causa, nonnulla vagatur, inter medicinę proceres, controuersia; hanc dirimentes in primis: Sciendum, genus id causę, cum doctissimo Trincauellio, epist. 10. ponendum in medicina esse, in gratiam symptomatum omnium, quæ in genere actionis sunt læsæ: propterea quod, veluti actiones integræ, atq; perfectæ, coniunctam, proximamq; causam habent, sanitatem; quæ effectrix est, perfectarum omnium functionum, sic eædem imperfectæ, oblesæq; coniunctam causam habent, morbum. hincq; fit; vt symptomata, semper morbum insequantur, ad eiusq; ablationem, pereant. At si de morbis placeat colloquium, certè non adeò facile, coniuncta hęc causa, potest admitti, quandoquidèm, cum morbus, tunc dicatur, quando res eò prouecta est, vt permanens adeo sit, vt remota causa, illa non statim tollatur, sed remaneat: Morbi tunc temporis, coniunctam non habent causam: de qua tamen loquens Gal. lib. de causis coniunctis; *Ego namq;* (inquit) *ne nimis contentiosus uiderer, & qui uellem, de uerbis, citra utilitatem contendere, illo interdum (nomine .s. causæ coniunctæ) utor, & admitto; Cæterum non ita in uniuersum ut illi soliti sunt uti, sed cum quadam limitatione, in illis nimirum, quæ fiunt, & quatenus fiunt, & quorum essentiam in motu, & trasmutatione est,* quasi dicere velit Galenus; Ego in ijs morbis, qui ad πάθον reducūtur, hoc est passionem, ac affectionem, quę est in motu, & trasmutatione, vtor, & admitto causam coniunctam; at in ijs, qui ad διάθεσιν referuntur, hoc est ad affectum, qui iam stabilis est, & manens, non vtor, neq; admitto. Sed de re millies disputata satis: coniuncta causa, quæ aliud, à continente re vera est, ex Vallesio lib. 4. suarum contrad. cap. 3. postquam continens in generatione habet essentiā (licet 1. de causis sympt. 5. nomina videatur confundere Gal. inter

Causę morbificę munus.

De causa continente quædā.

Morbus quando propriè dicatur.

Causa continens in quibus est morbis.

τὸ

E τὸ Συνέχον .s. αἴτιον Συνεκτικὸν, & Προσεχὲς, quod est continuā, coniunctā, vel continentem) est, qua presente, presens est morbus, & absente soluitur συνεκτικὸν (inquit Valeriola libr. 6. epist. 1.) δὲ αἴτιον ἐστιν ὃ παρόντος, πάρεστι, καὶ νόσημα, καὶ ἐξαιρουμένου, λύεται. Sed præincipiens causa, de qua nulla vnquam lis orta est inter medicos, quæq; procatarctica, latino etiam idiomate nuncupatur, ea est, quæ, siuè in corpore gignatur, siuè extrinsecùs contingat, manifesta est, sensu deprænhenditur, & non coniectura; & procatarctica propriè dicitur cuius prouentus extrinsecùs est: cuiusmodi sunt, Gal. auth. lib. de causis morb. cap. 2. res omnes dictę nonnaturales. Causa coniuncta, q.
Causa pręincipiens, quæ.

F Aër, cibus, potus, somnus, venus, labor, quies, & animi accidentia. Causa, verò antecedēs, interna, atq; proigumena (vt hac voce vtamur) ea est, quę ortum habet in nobis, nec solùm occulta est, sed manifesta quoq;: Antecedens causa dicebat doctissimus Trincauellius lib. atq; epist. citat. quæ nōdùm actu morbum efficit, vtpotè, quę remotior sit. Causa vtraq; procatarctica dicta, & nupèr pigumena vocata, hoc est, pręincipiens, & antecedens, vel antegressa, duplex est, pręincipiens, est externa per se, vel per accidens: externa per se, ea est; quæ per se morbos producit, veluti aër, cibus, Causa procatarcticę, quę.
Causa antecedens, quæ.

G potus, & aliæ res omnes nonnaturales. externa per accidens est, quicquid accidentalitèr non per se concurrit, ad morborum constitutionem: veluti, si quis, vini potum alicui offerat, indè verò, febre corripiatur. Antecedēs causa est adscititia, vel cōgenita. prioris generis est, quęcumq; in lucem edito iam corpore, ipsi aduentat: congenita verò, quę fœtum antequàm in lucem exeat, concomitatur, eaq; est, quæ ex parentum seminibus insita quoq; vocat: Ad internā .s. adscititia attinet πληθώρα, atq; κακοχυμία humorum: Ad congenitam, quæcumq; hæreditatis producit morbos. Pręter vtrumq; causarum genus externum, & internum, duplex alterum, Res nōnaturales sub quo genere causæ.
Antecedēs adscititia, & non genita.

H in medicina conceditur vnum est, quod concausæ apud latinos, συναιτίας apud Græcos gaudet nomine; alterum verò, quod αἴτιον, τὸ ἄνευ οὐ. à Græcis, causa, sine qua non, nuncupatur à latinis. Est concausa, quæ sola quidem nihil operatur, sed vna cum alia morbifica causa, morbo, qui fieri debet, aliquam suę generationis, confert causam: Causa verò, sine qua non, ea est, sine cuius interuētu, ægritudo induci non potest, veluti si dicatur, articulorum imbeccillitas, in eorundem tumore. Atq; de causis in vniuersum hæc sunt satis. De particularibus generis cuiusq; morborum, quid dicendum sit, in sequenti patescet. Causa, & concausa.

PARTICVLARES, atq; specificæ tùm externæ, tùm internæ morborum omnium in intemperie, mala compositione, atq; soluta vnitate assignantur causæ. Cap. XXII.

Causę internæ morborum calidorum.

AD particulares generis cuiusq; morború causas accedentes, morborum in intemperie calida, internæ causę sunt, humorum omnium in qualitate, & quantitate peccatum: verùm vnius in primis bilis, & sanguinis exardescentia, ac vtriusq; cum pituita, & melancholico humore, putredo: interna quin etiam principum viscerum, vel totius corporis, obstructio: Externæ, eiusdem calidæ intemperiei existunt, ignis, sol, calida victus ratio, calidus potus, acria medicaméta, exercitatio vehemens, & graues animi affectiones, ira, rabies, &c. ita vt, genericè si tractanda res sit, quinq; sint causæ morborum in intemperie calida. Motus, putredo, vicinia rei calidæ, constrictio, cibus, & potus calidior. Cœterùm frigidorum morborum, internę causæ sunt: frigidus pituitosus, ac melancholicus humor, partium corporis rarefactio, & constipatio, ita vt calor à principe parte ad alias trasmitti non possit: externæ autem, nix, aqua, glaciês, frigida aëris cōstitutio, otium, timor, mœstitia, atq; similia. Suffocatio, dissipatio, tabes, & alteratio (dicebat Vallesius 4. suarum contradict. cap. 3.) frigidorum morborum sunt causę: suffocatio quidem, eo modo, quo multa lignorum copia, calor extinguitur, & sic obturatione nimia, otio, motu, & mœstitia. Dissipatio, vt si exercitatione nimia, vigilia, & gaudio immoderatis calorem dissipat. Tabes, vt si subtractione alimenti: Alteratio, verò, vt cum frigidorum actione calor extinguitur. Humidorum morborum internę causę sunt, frigidorum, humidorumq; humorum colluuies, vt pituita: externæ humidus aër, imbres, balneorú dulcium frequentia, cibi, potusq; humidioris natura, copia, medicamenta similia, somnus longior, vita otiosa, ignauia, mala educatio, & superflua quies. Siccorum morborum causę oppositæ existūt prefatis. Siccitas, & humor (dicebat doctus Vallesius, ex Galen. sentent. lib. de causis morb.) fiunt duplici ratione, siccitas alteratione, aut resolutione, humor alteratione, aut retentione expirationis. Alteratione, alimenta, aut medicamenta siuè interius assumpta, siuè exterius applicata, sicca desiccant, humida humectāt. Resolutione desiccant, quæcumq; faciunt corpus plus resolui, quā nutriatur, quod nonnulla faciunt vehementèr augentia resolutionem, etiamsi nutritionem non impediant, & si vehementèr nō resoluant, vt cura, mœstitia, & inedia, & vsus alimentorum parùm nutrientium, adstringentiumq; medicamentorum, quæ meritò damnata fuêre à Galeno libr. 8. Method. cap. 7. Sed quantùm ad exiccationem mœror conducat Pythagoras, hoc ægregio adagio declarat.

Causæ externæ morborum calidorum.

Causę morborum frigidorum internæ.

Causæ externæ eorundem.

Causæ internæ morborum fluidorum.

Causæ morborum siccorum.

E declarat. ΜΗ ΕΣΘΙΕΙΝ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ. Nè comedas
.s. cor: quandoquidèm, & Homerus, ijs exedi, & consumi cor ait;
qui vehementiori aliqua ægritudine conflictantur. Contra cor-
pora humectãtur, alteratione, ex vicinia humidorum, ab humidis
affecta, vt ab humidioribus alimẽtis, largo potu, balneo aquæ dul-
cis, & tepidæ, & statu cœli humidiori. vtq; cum Hyppoc. 3. aphor.
partic. concludamus. Sicci morbi, ex siccis constitutionibus, hu-
midi ex humidis fiunt; simplices ex simplicibus cõcurrentib' cau-
sis; compositi ex cõpositis: veluti si calida, & sicca causa, in vnum
aliquando concurrunt, calidus, & siccus producitur morbus; si ca-
F lida, & humida; calidus, & humidus, & sic de reliquis, ita vt, & in
his locum habere videatur, propositio Aristotelica. Ab vno, in
quantum vnum, non prouenit nisi vnum. Morborum causæ in ma-
la compositione, diuersæ sunt, pro specierum diuersitate: in dimi-
nuto igit numero, Gal. auth. lib. de causis morb. cap. 8. sectio, vstio,
putrefactio, valida refrigeratio, materieiq; defectus, existunt: In
aucto verò copia eiusdem, atq; excessus. In magnitudine aucta, &
virium robur, & materiei multitudo, causa existimatur; in manca
autem, tùm vtriusq; defectus, tum causæ eædem, à quibus morbus
G in imminuto numero procedit. Morborum causæ in mala con-
formatione, sunt (vt innuimus) & primùm, morborum in figura;
mala conformatio, tùm intra, tùm extra vterum, ob vitium matri-
cis, atq; nutricis: In viarũ, obstructio, à lentis, ac viscidis producta
humoribus, adnata caro, germen aliquod, durus aliquis, inflam-
matoriusuè tumor, abscissus in instrumentorum corporibus, cal-
lus, sanguinisq;, aut alterius fluentis humoris, in corpore grumus;
& quicquid extrinsecùs cõprimere aptum est. Dilatationis autem
earundem viarum causæ sunt, immodicus expultricis facultatis
motus, retentricis imbecillitas, medicamenta aperientia, instru-
H mẽtorum immodica mollities, tum calidus, ac humidus aër. Cau-
sę morborum in asperitate, sunt ex Gal. humorum, ac medicamẽ-
torum acrimonia, abstergentia, puluis adhuc, venenum, quæq; per
inferius induntur, ac per superius assumuntur cibaria: quarè leni-
tatis causæ erant, his prædictis oppositæ. Morborum in situ plures
sunt causæ, at in articulis subitus, repentinusq; motus, immodica
circa eosdem humiditas, laxans, & rarefaciens, ac superciliorum
ossium fractio: laxatio item, & abruptio meatus, à peritoneo, ad
testiculos pertingẽtis, vt in epiplocele, & entherócele, vsu solet ve-
nire. Causę morborum in soluta vnitate prætcrquãquod patescunt
ex dictis cap. 15. præsentis sectionis consulatur Gal. cap. vlt. cit. li-
bri, satius nunc sit ad alia deuenire.

Pulchrum adagium Pythag.

Hypp. sen-tentia.

Causę morborum in mala cõpositione.

Causę morborum in mala conformatione.

Causę morborum in situ.

EXERCITATIONVM MEDICARVM

SECTIO TERTIA.

✠

ARGVMENTVM.

INSTITVTI ordinis rationem insectantes, Therapeutica, quam medendi Methodum appellant latini, omni βραχιλογια tractanda nobis se offert. Scribens .n. Gal. in de victus ratione in morbis acutis, lib. 1, commentatione prima. *Neq; id artis opus est, si nihil prætermiserint eorum, quæ à plebe ipsa cognosci possunt: Non etenim is artifici est scopus, sed quæ ad curationem idonea sunt, omnia conscribere; quapropter sæpius nonnulla adijcere; quæ uulgus non nouit erit opus, & multa, quæ huic nota sunt auferre, si nihil ad finem artis conferre uideantur.* Nostræ videntur in præsenti partes, ea literis commendare, quæ in omni curando affectu, idonea esse visuntur; quarè Methodi assignata essentia, explicatione, ac vsu; qualis in medẽdo, morbo, symptomate, ac causa, esse, debeat prudẽs Medicus, sciscitabitur, in ordine postrema, nostrarum hęc Medicarum Exercitationum, sectio: in qua dysenteriæ per proprias indicationes allata curatione, quomodò huic eiusq; symptomatibus sit occurrendum, innotescet.

MEDENDI Methodi allata definitione, & explicatione: quid sit indicatio, inseruiens ipsi, quæ Medico in omni affectu consideranda sint, & quæ primæ omnium indicationum sint differentiæ, ex Galeno inquiritur. *Cap. I.*

AVSPICATAM philosophandi sectantes, occasionem; scribentes Apologiæ professores, assert. septuagesimasexta: *In omni affectu præternaturam, qui Medico considerandus proponitur, triplex esse solet consideratio, nimirùm, aut morbi ipsius, aut morbi causæ, aut à morbo emanantis symptomatis.* Inuitat assertio isthæc Therapeutica, vna cũ sequẽtib⁹, suo tũ recensendis loco, vt quid medendi methodus, sit à quocũq; aperire tentemus. Est igit̃ medẽdi Methodus (vt ex nominis ethymologia, habetur) ordinatus quidam, in medendo progressus, cui perfecta inseruiens diuisio, per indicationes, ex diuisione inuẽtas; tutò, citò, atq; iocundè, qui eo vtitur medet̃ Medicus. Dictum est, Methodum medendi esse ordinatum progressum, tùm quia id sibi, præcitata Methodi vox, apud Græcos exposcit, (quasi dicas cum via, & ratione) tùm quia sic, diuinus nr̃ Gal. 9. de decretis Hypp. & Platon. passìm visus fuit definire: quarè definitionem explanãtes, additum fuit, hunc ordinatum progressum, esse, in medendo;

Assert. 76.

Medendi Methodus, quid.

E ad differentiam, illius, qui in alijs penè omnib' obseruatur doctrinis, scientijs in artibusq; tradēdis: in his.n.omnibus methodus necessaria cum sit (quando Platonemet auth. *qui artem se acquisiuisse sine Methodo arbitratur, sciat se umbram artis habere, non artem:*) in vna factitanda medicina, ob humani corporis pręstantiam, apprimè vtilis iucunda extat, & necessaria: Addidimus, medēdi Methodo, inseruire diuisionem; & hāc perfectam; qm̄, idem Plato, in Phedro, & in Philebo, diuidendi, & componendi artem, ad artium constitutionem docuit, esse maximè necessariam; ita vt, duobus modis, se quispiam possit exercere, à primo .s. quodā generalissimo, vsq; F ad ea, quæ nullam sectionem admittunt, per medias descendendo differētias: atq; à specialissimis, ad summum vsq; generalissimum ascendendo: Non subticuimus, ex diuisione, indicationes esse inuentas, atq; adinueniri; quoniam Gal.2.Meth.7.dicens. *Quisquis cōdere medendi Methodum ad unguem parat, huic à primis est indicationibus hauspicandum, atq; hinc ad eas, quæ deinceps sunt, transeundum; rursusq; ab his ad proximas, ita quòd pergenti, non prius desistēdum, quàm ipsius compositi finis:* nulli dubium, indicationes, omnes, per diuisionem adinueniri: per quas sanè vtentem methodo, diximus mederi: tum quia, G eodem Gal.auth.lib.& capite præcitato. *Omnis medendi methodus per indicationem fit*, tùm quia ex lib.ad Glauconem conscriptis: *ille minùs in medendo, quantum humanis permittitur uiribus errabit medicus, qui sciuerit indicationes haurire:* Tutò, citò, atq; iocundè, tandèm mederi eum diximus, qui vtitur methodo; quoniam, Medici officium, ex Asclepiade, vt retulit Celsus lib.3.cap.4.est; *ut tutò, ut celeritèr, & iocundè curet.* Quæ omnia, cum per indicationes cōmittat. Quid indicatio sit inquiramus. *Indicatio ergo* (ex Gal.lib.de optima secta ad Trosebul.cap.2.) *est iuuantis compræhensio, simul cum compræhensione nocentis, adueniens sine obseruatione, & ratiocinio.* Diximus, indicationem H esse compræhensionem, non solùm, quia Græca vox ἔνδειξις demonstrationem, & relationem quamdam (vndè compræhensio ꝓcedit) significat; sed quia in causa est, vt humanus intellectus, in omni affectu pręternaturam qui sibi curandus proponitur, & quid agendum, & rectam agendorum administrationem compræhendat: atq; hanc ipsam veritatem confirmans Gal.2.Meth.7.indicationem, ἔμφασιν appellauit, insinuationem .s. est igitur indicatio insinuatio: diximus autem, insinuationem hanc, esse iuuantis, simul cum compræhensione nocentis, quia per indicationem insinuatur intellectui, non solùm, quod iuuans, & conferens est, sed consequutione quadam; quod nocet. Vnde colligitur, aduersus quorundam sententiam, solertem medicum, in affectib' curandis,

Methodus in omnib' necessaria.

Diuisionis necessitas in artibus, & sciētiis.

Quòd indicationes per diuisionem reperiantur.

Medendi Methodus omnis per indicationem.

Medici officium.

Indicationis definitio.

Conclusio contra nõnullos Med.

adhibere debere, & quæ iuuamen sunt allatura, & pro viribus repellere, quæ noxam, ac detrimentum. Cæterùm iuuantis nomine, vt Gal. est author lib. artis medic. cap. 19. & medicamẽtum, & alimentum, & salubris quæcumq; causa subaudienda: Monuimus postremò, indicationem aduenire sine obseruatione, & ratiocinio, qm̃ ex 2. Meth. 7. in initio. *Quicquid ab experientia seiunctum est, id totum indicatio nominatur.* Est verò experientia, ex lib. ad Trasib. cap. 2. eius quod frequentèr, & eodem modo visum est, compræhensio, memoria, & obseruatio: Ratiocinium autem, siue Analogismus dictus à Græcis, comparatio, & perceptio causarum iuuantium, per similitudines. Hæcq; per Galenum indicationis, fit definitio, præter quã, si studiosus aliquis inquirere velit, cur paulò infrà eodem in capite dixerit. *Indicatio est, quando rebus percipiendis perceptis, simul, & quod confert percipitur, absq; ostensione, & obseruatione:* in memoriam huic reuocandum, quòd cum prẹter sententiam, aduersarij in 76. assertione, duo consideranda sint in omni affectu: morbus .s. morbi causa, & symptoma (quẹ res præternaturam existunt) & quicquid secundum naturam, in affecto patiente reperitur; cuiusmodi vires, atq; tempetamentum: hinc fit, vt volens Galenus, per indicationes occurrere, rebus prẹternaturã, indicãtibus sibi contraria: & rebus secundum naturam, indicantibus, sibi similia, præfatam indicationis attulerit definitionem. ex hac igitur cum satis apertè colligatur, quàm manca, & imperfecta existat aduersarij positio, vt quæ prẹtermiserit, ꝙ in paradoxo in primisq; cõscripsimus, dicentes (*in dysenterijs curandis, præcipuus scopus, & indicatio, urgente tamen dolore, nonnè huius est mitigatio? proculdub. sic, Gal. passim, ac præcipuè 12. Meth. Med. cap. 1. asseuerante, scribenteq; ex accidente symptoma quoq; curandi rationem aliquãdo mutare, causæ.s. eo tempore habens uelutì in dysenteria dolor, una cum uirium imminente ruina*) concludamus cum Galeno 3. Meth. 3. quod. *Scire licet, duas esse primarum indicationum differentias: quod secundum naturam se habet, custodiam sui indicãte; & propterea, quæ similia sui sint, postulante; quod præternaturam est sublationem sui, eoq; contraria requirente.* Sed de his infra.

Indicatio. Experientia. Ratiocinium. Indicationis alia definitio. Quẹ sint consideranda in omni affectu. Prẹcipua indicatio desumpta ab paradoxi auth. à viribus. Duplex indicationũ primarum differentia.

EX Indicantis definitione, diuisione, ac subdiuisione, decernitur tria esse indicantia, Morbum scilicet Causam, & Virtutem, hinc tres indicationes curatiuam à morbo, præseruatiuam à causa, & uitalem à uirtute desumptam. *Cap. II.*

QVAM

E QVAM vulgaris, & manca septuagesimasexta in ordine, præcitata Auth. Apol. existat assertio, licèt patescat ex dictis; hinc tñ facilè depręhendetur, Indicatio omnis, cum ab indicante aliquo desumatur; & indicans sit quicquid, in humano existens corpore, agit, & quod vtile est, repræsentat; Indicantis definitio. Cum ea, quæ existũt in corpore, duplicis sint generis, præternaturam. s. & secundùm naturam (primiq; generis sint, quæcumq; humani corporis essentiæ sunt destructiua, sicutì morbus, causa, & symptoma; secundi verò, quę ad eiusdem essentiam conducunt, vel necessariò eam sequuntur, velutì proprietates,
F & operationes, &c.) nulli dubium, quòd non solùm morbi, symptomatis, ac causę, Medico habenda est cõsideratio, sed, & virium naturaliumq; omnium operationum, atq; proprietatum: pręter quę, cum nil aliud reperiatur in corpore; sequitur, quod indicans erit, in prima sui diuisione, duplex, & quod est pręternaturam, & ꝙ est secundum naturam: Indicantis diuisio. *Quisquis* (dicebat Gal. 1. ad Glauc. 1.) *omnia quæ secundum naturam, & præternaturam sunt, ad hanc uiam, & rationem reuocauerit, & ex omnibus ijs, quæ per diuisiones inuenta sunt, integras desumpserit indicationes, is solùm quantum per humanas uires licet, medendo*
G *non aberrabit.* Medici siquidèm officium est, nõ solùm curare, sed ꝑseruare, & cõseruare; curare. s. morbum; præseruare siue præcauere causas; & cõseruare vires, atq; virtutem: quæ oĩa, quia in corpore agunt; morbus. s. & causa lædunt; vires verò conseruant: hęc duo, ꝓcipua in corpore fuerint indicantia: atq; hãc veritatem cognoscẽs Gal. 4. Meth. 3. apertè docuit, quòd ab eo, ꝙ non agit, nulla sumitur indicatio; ex quo sequitur, vt pręcipuę indicantis conditiones tres sint, prima, vt existat in corpore, ad differentiam coindicantis; ꝙ extra reperitur; secunda, vt agat, & tertia, vt docuit Gal. vnum per se indicet: Conditio Pręcipua indicantis in corpore quæ. quando ex libr. de arte curat. ad Trasibul. cap. 44. *Ab-*
H *surdum dictu sit, idem, nullum discrimen accipiens, diuersa indicare*: dictum in fine definitionis fuit, indicans, quod vtile est, repræsentare: Indicantis munus. quoniam id indicantis esse debet officium, indicare quid vtile, & consequutione quadam, quid inutile, quid iuuans: id quod vt indicans indicet, necessum est, vt sit notum intellectui, ab eodemq; appræhendatur; atq; id ipsum cognoscens Galenus primo Meth. 5. dicere solebat. *Quoniam omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est, morborum numerum priùs sciri*: quibus si addere velimus, morborum ideam, speciemq; vt alibi idem, nos cõmonefecit, absoluta erit, indicantis essentia: Indicans ergo cum innotescat: Indicatum quid. Indicatum est, præsidium illud, siue vtile, siue iuuãs, ꝙ

indicatur ab indicante, in corpore collocato, vna cum recta eiusdem administratione, quantitate nimirum, tempore, quantitate, & modo. Neuè à Gal.2.Meth.1.recedamus; cum omnis materia, quæ quomodolibet corpus alterat, quo tempore iuuat, auxilium, dicatur: hoc erit ab indicante indicatum, auxilium.s.præsidium, siuè remedium, vel dicas medicamentum, alimentumuè. *Cum sanitatis causæ* (dicebat Gal.) *sint omnia, quæ sanitatem efficiunt, una certè earum est, quod auxilium, remediumuè uocatur*: ea igit lege, qua, vox præsidij, magis generica est, ad omnes alias, continetq; sub se, præfata omnia nomina, diximus indicatum esse presidium; Additum fuit, vtile, & iuuans, quoniam, vtì monuimus indicatio est iuuantis cōprahensio: diximus tandem indicatum indicari ab indicante in corpore collocato, vna cum recta eiusdē administratione; & quia indicantis officium est, non solum, quid agendum indicare, sed rectum etiam agendorum vsum, vt imposterum proponemus. Indicationis, indicantis, ac indicati cum patescat essentia: diuisionē repetamus. Indicans in prima sui diuisione, vt habetur ex dictis, duplex erit, preternaturale vnum, secundum naturam alterum; curando ac præseruando procedens primum; conseruando secundum: Indicans præternaturale, siuè præternaturam, est duplex, curans, & præseruans; secundum naturam, vnum, quod est conseruās; & sic indicantia, à rebus preternaturam, & secundum naturam desumpta, tria erunt; quæ sanè, si considerentur in gratiam sanitatis deperditæ, recuperandæ; curatoria omnia nuncupantur; Quòd si strictam facere velimus doctrinam, Indicans desumptum à morbo, propriè vocatur curatorium; à causa verò præseruatorium; & hanc veritatem attingens Gal.2.Meth.2. *Maximè* (inquit) *propria in soluendo morbo intelligitur curatio* (ecce indicans curatiuum) *sed per abusionem, etiam mixtum genus, tùm ex uera curatione, tùm prouisione, quam profilacem appellant*: & c.12. autem Meth. 1. *Ex morbis* (inquit) *ipsis, & curationis indicationem præstari; uelutì ex causis ipsis prouidentiæ*, cuius nomine si intelligere velimus præseruationē, nil vetat; qm̄ remotio causę, siuè preuisio causę, indicatio dicitur præseruatoria. hæc de indicante duplici preternaturam, curatorio, & preseruatorio. De conseruatorio, vocato à nobis vitali, loquēs idem Gal.9.Meth.13. scripsit, quòd vires quoq; vnam rem semper indicabunt: quare vsurpato communitèr nomine, virium, atq; virtutis, indicans ex viribus atq; virtute, constituetur vitale, de quo loquens ibidem: *Maxima* (inquit) *dignitas ipsarum est uirium, quando uiuere ipsum, nobis ex harum custodia constat, utpotè cum uitam, aut ipsas esse uires, aut earum actiones, sit necesse: at uita ipsa nihil esse prius in animantis corpore potest; proptereaquod,*

Indicata à Gal. quę.

Indicantis pręternaturam diuisio.

Ind cans curatorium & pręseruatorium.

Indicans vitale.

A B C D

E *proptereaquod, nec sanos esse, citra uitam licet. Virtus ergo prima omnium custodienda in hominibus est; seruabitur autem, si nec eius substantia inaniatur, nec tanta alteratione alteretur, ut ea corruptioni sit propinqua: atq; huius custodiæ pars est, ubi uel bonam ipsam temperiem præsentem seruamus, uel absentem inducimus. A uirium indicatione proxima est; quæ ab affectibus, quos curare proponitur, datur; postea deinceps reliquæ.* atq; hucvsq; Gal. qui proponens quid in omni affectu, medico agendum in primis sit. *Prima igitur* (inquit) *omnium indicatio est, quæ à uirtute sumitur; uerum non sic prima, ut quæ curationem doceat, cum ex numero curatricum indicationum non sit; uerum ut ita dixerim uitalium; siue quæ ad uitæ custo-*
F *diam pertinent:* quam eandem sententiam repetens 9, Meth. 3. vbiq; nos docuit virtutem, ac vires, indicationem in curandis morbis habere; vt quæ, circa ægrum administrantur, omnia firmè eius vnius causa fiant. Atq; huic curandi rationi, intenti nos in paradoxo, à viribus indicationem desumpsimus: moniti ex Gal. præcepto 12. Meth. 1. asseuerante. *Quod si ex dolore uires resoluantur, atq; ex eo periculum impédat, & mitigari dolor, & roborari uires, debebunt.* sed hac de re infra. Cōcludamus nunc quòd cum tria prima in omni affectu curando, sint indicantia, Morbus, Causa, & Virtus, tres erunt indicationes, à morbo, causa, atq; virtute, depromptæ; ab
G hac quidèm vitalis indicās sui custodiam per similia; à causa, præseruatiua; curatiua à morbo sui ablationem indicantibus per contraria. Quòd si Gal. 9. Meth. 14. Affectum naturalē, affectum præternaturam, ambientemq; aërem, vt indicantia adducat, Hyppoc. verò consuetudinem; ætatem, anni tempus, &c. ita vt plura, quàm tria, esse videantur indicantia, & sic plures quoq; indicationes, decernendum, præter prima illa tria indicātia, omnia habere rationem signi, vel coindicantis. cuiusmodi V. G. vires in sanguinis missione; de qua loquens latinorum princeps Celsus lib. 2. hæc in viriū
H gratiā, reliquit testata. *At firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier ualēs, tutò curatur.* De symp. q̄d dicendū sit patescit imposterum.

Prima omnium indicatio ex Gal. quæ.

Authoris consilium in paradoxo.

Indicatio triplex, & quæ.

Responsio ad obiectionem.

Coindicās quod.

EX Diuisione eorum quæ sunt p. n. ostenditur, quando symptoma indicet, & quando non: quid indicet, & quæ ab eo sumatur indicatio. Indicantisq; in artificiosum, ac in inartificiosum diuisione allata, ac definitione. Quod indicatio artificiosa sit triplex, & quæ, definitur. Cap. III.

INDICATIONVM, & indicantium, in vtiles, ac inutiles, seu artificiosas, ac in inartificiosas, antequā spectemus subdiuisionem; videamusq; quomodo indicationum, alia sit generica, alia subalterna, & alia specifica: quid indicet symptoma, & quando indicet, p absoluta rerum preternaturam consideratione, medico animaduertenda

tenda proposita; reliquum est, vt explicare tentemus. *Eorum igitur, quæ præternaturam sunt; cum alia per se subsistant, alia uerò sint in ipso fieri, in eoq; suam habeant essentiam, ac umbræ ritu affectus comitantur: nulli dubium, quòd sanatio, affectuum ipsorum est sublatio, hanc uerò symptomatum amotio consequitur, quibus* (inquit Gal. lib. 2. Meth. cap. 12.) *quamquàm ipsis nihil prima ratione adhibeatur; attamèn in ijs quoq; perpetuum illud præceptum manet; quòd contraria contrariorum sunt remedia; quippè cum affectus, quos symptomata sequuntur sanamus, symptomata nimirum ipsa, in contrarium statum perducimus:* hæc ibi Gal. quem si liceat cōmentari; compertissimum est, symptomata, vt quid præternaturā sunt, indicare, & ipsa sui ablationem, per contraria; verum quia huiusmodi indicatio inartificiosa est, & inutilis (vt infra patebit) dicamus, statuisse Galenum, amotionem symptomatum sequi sublationem affectuum; quoniam ab affectibus, qui sunt in facto esse, dependent symptomata, quæ suam habent essentiam in fieri, atq; in ipsismet affectibus, per se subsistentibus: ita vt, hoc modo consideratum symptoma, nil artificiosum indicet. Cœterùm, quia 12. Meth. 1. symptoma indicare, & ad se indicationem, & curationem trahere admonuit, veluti nos in initio paradoxi conscripsimus. repetamus inibi Gal. sententiam, & videamus quando indicet, queue eius sit indicatio. Quò ad primum, Gal. symptomatum omnium apportans distinctionem, hæc habet. *Ex prædictis uerò tribus, Actionum quidèm offensæ, si contristant, sollicitudinem Medici ad se cōuertunt, affectumq; deserere cogunt. Idem faciunt, & eorum, quæ retinentur, uel excernuntur excessus. At genus symptomatum, quod in affectibus cōsistit, alterius quidem quem curare oportet, est signum: ipsum tamen nullam seorsum curationem exigit, utpotè cum affectu, unde nascitur, una cessans.* hæc ibi Gal. qui referens primas symptomatum differentias: & ad actiones læsas, & ad exeuntia mutata, spectantes, inquit curationē pertinere: ad qualitates verò mutatas, nequaquàm, cū ad affectus sublationem, tollantur: Ratio autem, cur eæ indicent est, tum quia curationem ad sese trahunt, tum quia, remedia morbo adhibēda, quandoq; prohibent: quod autem aptum est prohibere, aptum simul, & indicare. Indicant autem symptomata, Gal. auth. 12. illo Meth. 1. causæ locum eo tempore habentia: adeo vt, indicatio, quæ ab eis desumitur, dicenda sit præseruatiua; à causa, quādo hæc desumatur, vt dictum. In reliquis, quod spectat ad indicationum in capitis initio, propositam subdiuisionem. Scribens Gal. 3. Meth. 1. *Quoniam omnibus in confesso est, primas indicationes ex affectibus esse sumēdas, certè laborandum pluribus frustra nō est, ut hinc esse incipiendum doceā: illud potiùs demonstrare tentemus, neq; totum hoc esse, neq; prorsus magnam aliquam*

Marginal notes: Eorum quæ præternaturam sunt diuisio. — Symptomatū quæ indicent. — Symptōma quando indicet. — Quæ symptomata indicent. — Quod indicet. — A symptomate quæ indicatio sumatur.

E *aliquam partem, ueluti methodici putāt, sed minimā, & tantum initium, &c.* vsq; ad capitis calcem. Duo visus est proposuisse indicationum, & indicantium genera, inartificiosum vnū, atq; vulgare, inutileq; artificiosum secundum, vtile, & his, qui ex arte sunt, cognitum. Primi generis est, indicatio illa desumpta à Thessalo, qui dicebat, calculum, qui in vesica est, quod toto genere præternaturā sit, sui ablationē indicare, ad eumdem modum, & pensiles verrucas, & Myrmecias & atheromata, & steatomata, & meliceridas, & alia id genus: ratio autem est, quia eodem Gal. auth. 3. Meth. 1. *Indicatio, quæ à morbis sumitur principium tantum est, & (sic vt dicam) carcer, unde medēdi ratio promouet, nulla prorsus ipsius medicinæ artis adhuc portio, aut certè nec magna, nec propria, sed quæ etiam plebi sit communis:* cuiusmodi ea est, in qua dixit Gal. lib. artis medic. cap. 94. *Humiditas, quæ præternaturam in parte continetur, sanatio in omnimoda, euacuatione consistit quēadmodū etiā in suppuratis.* necnon addidimus nos in hydropicis: secūdi generis est, per quam, indicatum id reperit, ex quo perfici possit, quod à prima indicatione suggierit; *Ergo* (dicebat Gal.) *cui facultas est illa inueniendi, ex quibus perfici possit, quod à prima indicatione suggieritur, is meritò morborum est curator. Non n.* (prędixit 6. Meth. 2.) *qui uulneratæ parti naturalem unionem esse moliendam nouit, is medicus est, sed qui, quibus id rebus perficiat intelligit: quamquā, nè hoc quidem ipsum, per se satis est, si quis etiam, quo pacto, his sit utendum nesciat, sed, qui uiam omnem curationis eousq; percalluit, ut ipsum consequendi destinatum finē queat, is demum est, qui mederi nouit:* In quib⁹ Gal. verbis, cum patescat, quæ sit indicatio ex vsu artis, medica, vtilis, ac artificiosa, quotuplex, hæc sit inquirendum: Vtilis, ac artificiosa quæcumq; indicatio, vt ex Galeno licuit haurire. 8. Meth. primo, & secundo eiusdem cap. 7. triplex est, generica, subalterna, atq; specifica: *Quarè quisquis* (dicebat primo Meth. Galenus) *condere medendi methodum ad unguem parat, huic est à primis indicationibus hauspicandum:* (ecce hinc generica depromitur indicatio, cuiusmodi est, quæ à rebus præternaturam, indicantibus sui ablationem, desumitur.) *Atquè hinc ad eos, quæ deinceps sunt transeundum:* hinc subalternę fluunt indicationes, cuiusmodi est, indicatio desumpta à morbo, in intemperie calida, indicante sui ablationem per contraria refrigerantia. *Rursusquè ab his, ad proximas;* atquè hinc emanat indicatio specifica, cuiusmodi est indicatio desumpta à morbo in intemperie calida, vt in tali, vel tali gradu. *Itaquè* (subdit Galenus) *pergenti, non priùs desistendum, quàm ipsius compos sit finis, &c.* atquè de triplici hac indicatione generica subalterna, ac specifica, idem loquens Galenus de specifica 9. Meth. apertissimis, atq; clarissimis verbis. cap. decimoquinto

Indicans artificiosū, & inartificiosum.

Indicatio generica.

Indicatio specifica.

Medicus artificiosus qui.

Indicatio vtilis triplex.

Indicatio specifica.

decimoquinto, hæc nobis proposuit. *Non enim, satis est calido affectui admonuisse frigida, nisi id debita fiat mensura: cum alioquin metus sit, si intra modum id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur: sin modum excedas, cõtrarium genus morbi inducas: qui .n. supra quàm par est, calidum morbum refrigerat, is sanitatis mediocritate trasmissa, alium excitabit morbum, qui sit frigidus.* De generica, & subalterna indicatione scribẽs illo 8. Meth. *Prima* (dicebat) *omnis febris indicatio ueluti à morbo est, ablationem eius perscribens; secunda uerò, ceu abs tali est morbo, quæ non absolutè sublationem ut prior, sed certam quamdam sublationem indicat. Nàm cum febrientes ex intemperie laborant, necesse est, sanationem quoq; eorum intemperantiæ depulsionem esse; omnis autem excessus, per contrarium excessum sanatur:* & Hypp. contraria, contrarijs curari, perscripsit. A B

Indicatio generica.

Subalterna.

EX triplici indicantium genere, morbo, causa, & uirtute, ostenditur; Virtutem esse primum indicans (omnibus existentibus paribus) inde uerò causam; Quod si imparia sint, quod magis urget, indicabit. ubi indicantis magnitudinem sitam esse, in recessu à naturali statu, in partis laborantis præstantia, & facultate, corpus regente, demonstratur. Cap. IIII.

INDICANTIVM, ac indicationum, ternario assignato numero, diuisioneq; ac subdiuisione: in curatorium .s. preseruatorium, atq; vitale, vnde curatoria, preseruatoria, atq; vitalis fluxa est indicatio, generica, subalterna, atq; specifica (vnde triplex quoq; indicatum, in ordine correspondẽs indicanti, & indicationi) quemadmodum luce meridiana clarius innotescit; facili vt negocio, therapeuticas omnes aduersarij assertiones, refellere possimus, duo contemplanda nobis in presenti se offerunt: primum, quodnam inter indicantia illa tria magis indicet; secundum, qua ratione, & quo nomine, magnitudo sit indicantis; quibus addentes, & tertium; de coindicantibus, contraindicantibus, permittentibus, ac prohibentibus, quid medendi Methodus sentiat, aperire tentabimus. Quòd igitur ad primum, omni omissa contentione, ex Galeno vtì prediximus: Indicans vitale, cœteris paribus 9. Meth. 13. magis indicat: inde verò causa, vt ex eodem habetur 4. Meth. 4. (ita vt symptoma cum habet rationem causæ, tamquè indicet quàm morbus) postremò verò morbus, qui ad ablationem cause euanescit: Cœterum si indicantium magnitudo, sit inæqualis, ita vt magis indicet causa, quàm morbus, & vires; alijs non neglectis, causæ attendendum, Galeniquè sequendum preceptum decimum Meth. primo. C D

Inter indicantia suprema ꝙ namque indicet.

Nàm

E *Nam* (habet eo loci) *si intolerabilis ægro magnitudo febris sit, committendum non est, ut per ea, quibus causam adijcimus febrem augeamus, &c.* iuxtà indicantium magnitudinem: *Sin, indicationes pugnabunt* (dicebat in fine capitis) *unam præferas, uel quæ à uiribus sumitur, uel quæ à febre, ac quæ cæteris sit ualentior, hanc magis sequaris, nec tamen cæteras negligas.* Quò ad secundum, indicantis magnitudo spectatur, pro recessu à naturali statu, pro dignitate, partis affectæ, ac facultate, nostrum corpus, regente à rebus. s. secundum naturam, à reb' pręter naturam, & a subiecto vtriusq;, non vniuersali tantùm, sed proprio, atq; determinato; huius, aut illius functionis, actionis, ac muneris: F Magnitudo indicantis, à recessu in naturali statu, vel ratione propriæ essentiæ (vt Gal. visus est nuncupasse 7. Meth. 12.) est cũ quis in genere quocumq; morborum maximè à naturali constitutione, & statu recedit, siuè temperie, siuè compositione, ac vnitate. Inter quas indicantis magnitudines, quæ sita est in recessu à naturali temperie, est, maxima, quę in vnione soluta, minor, quæ in mala compositione, minima, ratione desumpta, ex maiori, vel minori offensa facultatum, actionum, ac munerum, pro integra fruenda valetudine. Magnitudo indicantis, pro affectæ partis dignitate, est vti Gal. ꝓponit 7. Meth. 12. G cum inter corporis partes, pręstantior aliqua, ac dignior afficit, cuiusmodi cor, cœrebrum, hepar, testes, ventriculus, &c. Magnitudo indicãtis, pro facultate nostrum corpus regente, est cũ virtus ipsa, seu vires (sine quibus vti Gal. dicebat 9. Meth. 13. sanus quispiam esse nõ potest) ruinam aliquam patiuntur, vt in syncope, inducta, à quacumq; causa. Atq; hæ, principes sunt magnitudines indicantis, siuè vehementiæ. Quod spectat ad tertium in ordine propositum. Esto, lata significatione, indicans illud esse, quod ad auxiliorum inuentionem facit, Coindicans illud erit, quod simùl ad vnius, & eiusdem auxilij inuentionẽ H conducit. *Coindicantia* (inquit Gal. 13. Meth. cap. 16.) *uim uirtutem naturam ætatem, anni tempus regionem, consuetudinem, & si qua sunt id genus quæ ad unam eiusdemq; auxilij inuentionem conducant.* cuiusmodi V. G. est febris de genere tertianarum, in puero, in æstate, calida cœli constitutione, assueto victui humido, vel consimili medicamento, ac alimento. Contraindicans est, quod simùl ad vnius, & eiusdem auxilij prohibitionem conducit, sicuti sunt omnia nuper relata, in prohibẽdo victum siccum; qui nec ratione febris, de genere tertianarum, ætatis, anni temporis, &c. in febricitante puero conuenire videtur. Permittens est, quod non ita in inuento remedio, ac auxilio dissentit, vt illud administrari nõ possit; cuiusmodi esse videnť vires aliquantisper imbecillæ, in faciẽda (ob summam necessitatem)

Quãdò indicãtia pugnãt, quòd magis indicet.

Indicantis magnitudo vnde desumatur

Magnitudo propriç essentiæ, quæ.

Magnitudo ex affecto dignitate partis.

Magnitudo ex facultate corpus dispẽsante.

Coindicãs quid.

Contraindicãs quid.

Permittẽs quid.

Prohibens quid.

necessitatem) sanguinis missione: Prohibens tandem est, quod inuentum auxilium administrari prohibet, veluti sunt eædem vires, omninò prostratæ; cum sanguinem mittere opus est. Sed indicati, iam perquiramus vsum.

QVOD ab uno, & eodem; diuerso tamen modo considerato, indicetur, & quid agendum, genericum, subalternum, atq; specificum, & agendorum usus, quantum, quando, quomodò, & ubi agendum quodq; ex diuisione, & subdiuisione indicantium proprium, & specificum adinueniẽdum sit indicatum: & hoc in præsenti curatorium. Cap. IIII.

Indicationis munus.

PER summa, in medendi methodo, à grauissimis quibusq; viris exculta, pergentes capita, repetendum obitèr, ꝙ cum, indicationis gratiâ humanus intellectus, in omni affectu præternaturam, qui sibi curandus proponitur, compræhendat, & quid agendum, genericum; subalternum, atq; specificum, ab indicante videlicet morbo, causa, atq; virtute depromptum, quæ tria summa sunt indicantia; & rectam agendorum administrationem, quandò .s. quantùm, quomodò, & vbì agendum: diuersa ratione, ab indicante, quid agendum, & agendorum vsus desumitur: Ab vno .n. cum vnum tantùm indicetur, id vnum, diuerso cõsideratũ modo, diuersa etiam indicat: vt igitur indicans, est quid præternaturam, vel secundùm naturam, indicat quid agendum; morbum .s. esse remouendum, ꝙ est indicans genericum; esse remouendum cum contrarijs, quod est indicans subalternum; esse remouendum cum contrarjs in tali, vel tali gradu, quod est indicans specificum, ac curatorium; quod idẽ considerantes in indicante præseruatorio, atq; vitali. Idem indicãs, vt agit in corpus, iuxtà actionis gradus, maiorẽ .s. vel minorẽ actionẽ, indicat quantùm agendum: quantum .s. esse debeat auxilium, indicatum ab indicante, quid agendum: hoc est quanta esse debeat dosis, huius aut illius auxilij indicati, sũma .s. mediocris, vel minima; ita vt, summa dosis, & hæc cõtinua, indicet à summa actione. V.G. morbi mediocris, à mediocri; & minima, à minori; ad quã veritatẽ respiciẽs Gal. 9. Meth. 14. de curando in intẽperie, morbo loquẽs, ait. *Quippè quantùm is, à naturali habitu recessit, tantùm opus est, ut ægrum refrigeres, & humectes.* Vt verò idem indicans est prę́sens, indicat qñ agẽdum, tẽpus .s. quo indicatum auxiliũ sit administrandum, an .s. in tẽpore vniuersali, principio, augumento, statu, vel declinatione; an in particulari, particularis; determinata .s. aliqua diei hora, in qua indicatum curatorium, præseruatorium, atq; vitale, possit administrari, alimentũ V, G. ꝙ est indicatum vitale; venæ sectio, quæ est

Ab vno vnum indicatur, & quõ plura.

Vsus indicantium à quo indicatur.

Quantum agendum. Quando agendum.

E est indicatum præseruatoriũ, ac frigidæ potus, qui est curatorium. Vt idẽ indicans, consequutione quadã est in causa passionis ipsius corporis, tùm in toto, tùm in parte, indicat, qũo agendum; hoc est, quo modo indicatũ debeat administrari; an. s. in forma solida, vel liquida, &c. ꝙ indicatum respiciẽs medicamentorũ, alimentorũq; formulam, licet à recentioribus quibusdã fuerit redargutum; maximopere tñ in medicina faciẽda, locũ habere putamus, ad hoc vt tutò, citò, atq; iucundè mederi valeat, medicus. Ad quã veritatem respiciens Hypp. apertè docuit, quòd qui volunt restaurari, restaurentur liquidis, ad differentiam solidorum, & qui citiùs, odorib'.

Quomodò agendum.

Contra neothericũ quendam.

F Sed ad rem, idem indicans, vt est in toto, vel in parte, indicat, vbi agendum; hoc est, qua in parte corporis, sit administrandum auxilium indicatum, tam intra, quàm extra: ita vt vbi agendum comprahendatur à subsistentia (vt recentiores dicunt) indicãtis. Deq; indicationibus, indicãtibus, & indicatis, curatiuis, præseruatiuis, ac vitalibus genericè hæc dicta sufficiant. Specificè itaq; rem aggredientes, ab indicãte morbo, resumemus orationẽ; verum quia hæc passim in superioribus capitibus fuit discussa, id tantum repetendum occurrit. Quod in omni affectũ, qui medico considerandus proponitur, facta diuisione eorum, quę sunt pręternaturam: ac

Vbi agendum.

G secundum naturam, resumptaq; diuisione eorum quæ sunt præter naturam in morbum, & causam; tertiaq; facta subdiuisione morbi, in tria summa genera, in intemperie, mala compositione, atq; soluta vnitate, iterum qui citra vllum errorẽ, mederi intẽdit. Morbũ in intẽperie, in mala cõpositione, atq; soluta vnitate, in ꝓprias species, à nobis in superiori sectione assignatas, diuidere debet, ac subdiuidere: Indicantibusq; in propria quacumq; specie, compertis, indicationes hinc haurire, ad indicataq; non specifica tantum, sed aꝓpriata, si fieri potest, descẽdere: ita vt nõ satis sit nosse Medi-

Epilogus indicationum, & indicantium.

H co, morbum esse auferendum, eumq; cum contrarijs, sed quibus cõtrarijs, in hoc vel illo gradu, pro recessu à naturali statu, in quo, morbo detentus, reperitur. Id quod, facillimo assequetur negocio; si facta animaduersione eorum omnium, quæ indicatum illud, coindicant, vel contraindicant, permittunt, vel prohibent, & naturã propriam, maioris, vel minoris indicantis spectabit, similia, dissimiliaq; nouerit comparere, ac patientis constitutionem, in naturali statu detẽti, quantùm humanis viribus permittitur dignoscere, attentarit. Quarè indicantis curatorij, eiusq; vsus, consideratio, qualis apud medicum, in omni affectũ, qui sibi curandus proponitur, esse debeat, cum innotescat, ad præseruatorium conuertamus hunc stylum.

Indicans, & indicatio vulgaris.

Hyppocr. præcepũ.

DE

DE indicante præseruatorio, eiusq; usu, desumpto, tum à causa morbifica, eiusq; diuisione, tum à symptomate, ut locum obtinet causæ. *Cap. V.*

INDICANTIS curatiui, propria obseruata naturæ, ad præseruatiuum se conferens Medicus, eâdem vtens methodo; causa contemplanda sibi se offert: hac igitur, in continentem diuisa, atq; contentam; intelligēs per continētem, ossa, carnem, vel solidum quidpiam; per cōtentam verò, tùm liquida omnia, vti humores, tùm solidiora, quæcumq; excrementa, & intumescentes flatus: diligentèr coniectandum est, num continens aliqua nostri corporis pars, causa facta sit morbifica, ratione propriæ suæ substantiæ) ita vt, ob eius putrescentiam, vel corruptelam, ad naturalem statum deduci non possit) vel quantitatis, qualitatis, aut loci, inde verò specificis indicatis, traditis à Galeno 14. Meth. 13. detrahentibus, consumentibus, & auferentibus, occurrere. Quòd si, causa, contenta fuerit, facta distinctione p̄fata, resumptaq; subdiuisione morbificæ causæ, in fluentes humores, solidioraq; corpora, excrementosa: pro viribus studere debet, quisnam sit humor morbificus, an tota massa sanguinea, simul, & semel, an humor aliquis seiunctus, pituita .s. bilis, atq; melancholia, vel eorum ichores; quòd si excrementum sit aliquod solidius, videndum, an sit, toto genere præternaturam, siq; tale sit, an animatum, vti lumbrici, seu vermes (quos ἕλμινθας appellāt Græci, teretes, seu rotundi, lati, & quos ascarides, siuè tenues, & breues vocant) an inanimatum, & hoc minus solidum, vt corruptum semen, vel lac, grumosus sanguis, corruptus cibus, chilus, vel excrementum, vniuscuiusq; coctionis, & materia illa, quæ in athenomate, steatomate, & meliceride asseruatur; vel magis solidum, vt lapis in vesica, renibus, vel alia corporis parte, detentus; mola, atq; demortuus fœtus: Quòd si excrementum non sit, à toto genere præternaturam, hoc qualecumq; sit, siuè extrinsecùs illatum, vt plumbea pila, sagitta, &c. vel intrinsecus genitum, è qua specie, nonnulla etiam sunt ex præfatis: identidem spectare oportet, an substantia, quantitate, qualitate, vel loco, morbosa euadat causa; indè autē proprijs indicatis auferentibus, prospicere; genericis primùm, prout reperiuntur in compage rerum præternaturam; subalternis, cum facta est generis in proprias species diuisio; ac specificis, cum indicantis proprium indicatum, adinuenta est species, in substantia, quantitate, qualitate, vel loco peccans; Interim, meminisse contētus sit medicus, quid, quæ à toto genere sunt præternaturam, sui indicant eradicationem. Quòd si si causa cōtenta

Morbificæ causæ prima diuisio.

Continens causa morbifica, vt lædat.

Contentæ causæ subdiuisio.

Excrementum vt lædat.

Quæ à toto genere p. n. quid indicent.

tenta fuerit aliquis impetens flatus, vapor, vel spiritus, aulauè; pro varietate indicantis, vnicuiq; pręsto sit Medicus; & quia ex humoribus, vapores, vt plurimum eleuantur morbiq; producuntur, omnibus tùm pituitosis, tùm biliosis, vel melancholicis succurrendum; eaq; cōuenire videntur, quæ, & per insensibiles meatus educunt, quæq; discutientia nuncupantur: In reliquis, nō satis est nosse morbificam quamcumq; causam, suam per proprias, & specificas indicationes, indicare ablationem; & proinde, quid nuncupatum agendum; sed rectum etiam agendorum vsum, collocatum, in quandò, quantùm, quomodò, & vbì agendum; velutì de indicante morbo, superiori in capite, fuit prædictum. Quarè, spectato tempore, lædentis causæ morbificæ, indicabitur quando agendum; quando. s. proprijs indicatis expugnanda sit causa, in quo. s. morbi tempore: & considerata eiusdem actione, maiori, aut minori, quā tum indicabitur agendum, euacuantis. V.G. auxilij quantitas, siue sanguinem euacuandum respiciat, siue humorem redundantem alium: & licet *Deiectiones*, iuxta illud Hypp. 1. aphoris. *non multitudine dijudicandæ sint, sed qualitate, &c.* prudens tamen medicus, iuxtà maiorem, vel minorem redundantis humoris actionem, validum, aut minus validum exhibere debet pharmacum; philosophū hac

G in re insectans, qui quale in quanto collocauit; siquidem, vbi maius quantum (Plato dicebat) ibi maior virtus: Animàduersa verò morbificę causæ passione, quomodo ea educenda sit, indicabitur, an. s. vna, vel altera euacuantis remedij formula, vtq; Chirurgicum afferamus exemplum, in gratiam eorum, quę acta sunt, apud nonnullos excellentissimos viros in arte medica, dum amantissimus mihi Pater publicam faceret medicinam, in pręclara sui ipsius Fabriani Patria, scribit Gal. 13. Meth. 5. *Quòd si aliquādò excidere aliquid propter multitudinem, non puris modò, sed etiam corruptarum partium, fuit*

H *opus, contenti eramus sectione, quæ mirti folium imitatur, planè non magna, Cum autem, in ea excisione longitudo, maior, quàm latitudo sit, non autem per membri rectitudinem, quippe ita cum membrum inflectimus, naturalitèr cutis sibi applicatur*. hæc ibi Gal. à quo edoctus Chirurgus quomodò incidēda sit cutis in inguine, (de huius. n. incisione loquitur eo loci Gal.) habet, ab eodem, quomodo agēdum præseruatorium specificum, indicatum à materię morbificę passione: à cuius tandem subsistentia, indicatur in toto, vel in parte, vbi agendum: hoc est, qua in parte, indicatum à subsistente causa sit administrandum, siue extra, siue intra, per os, aut per infernas partes, per cutim, per vrinæ meatus, aliasq; corporis partes, ad quod indicatum respiciens Hypp. aphor. 21. primæ particulæ apertè docuit: *Quò natura*

K *uergit,*

Flatus quid indicent.

Vsus agēdorum indicantis præseruatiui.

Quantum agendum, à quo indicetur in indic pręseruat.

Quomodo agendum.

Historia facti cuiusdam.

Phauorinus Clauarius.

Vbi agendum indicatum à causa morbifica.

uergit, cò ducere oportet, dummodo per loca conuenientia: Deq; indicante A
præseruatiuo, eiusq; vsu, hęc breuitati studentes, sine satis. De symptomate, addétes nõnulla: esto (vtì diximus cap. 3. pręsentis sect.) symptoma esse indicans præseruatorium, quatenus habet rationẽ causæ. videamus quomodo indicet genericam, subalternam, atq; specificam indicationem, rectamq; indicatorum, seu agendorum, administrationem; Quò ad primum, Nulli dubium, symptoma, prout est quid præternaturam, indicare sui ablationẽ, verùm quia indicatio hæc non est ex vsu, eo etenim modo acceptum; est indicans, genericum; propterea, habita cognitione V. G. doloris speciei, eiusdemq; causæ, hinc indicatio desumitur subalterna, indicans dolorem auferendum esse per contraria; & quia hæc nõ sufficiunt, hinc alia desumitur indicatio specifica, indicans, auxilium mitigatorium, vel vtì nos diximus in paradoxo, anodynum: sic. n. vocauit Gal. aureo illo cap. 1. 12. Meth. Quò ad secundum, compertissimum est, Quandò agendum, indicari à pręsentia symptomatis. *Si soluantur uires (* dicebat ibi Gal.*) non tamen uehementer sint resolutæ, ad symptoma tantum respiciendum:* si affectus, & symptoma vrgeat, quandoq; magis potest symptoma, quandoq; magis affectus: quod autem magis possit, quando agendum indicare, Virtus perscribit: ita vt, si virtus sit firma, affectui tunc occurrẽdum, si verò debilis, symptomati; quoniam sit solis viribus occurratur, vt inquit ibidem Gal. ex symptomate poterit mors oboriri. Quò ad reliquam auxiliorum administrationem; & vbi, & quãtum, & quomodo, ab eisdem à quibus recta administratio perscripta fuit, in indicante causa, & morbo; à subsistentia inquam symptomatis, vbi agendum; ab actione, quantum; à passione quomodo indicatur; Nunc ad vitale descendamus indicans.

A symptomate quid indicetur ex vsu artis.

Agendorũ vsus in indicãte symptom. quis.

B

C

DE indicante uitali, à uirtute desumpto, deq; eiusdem indicato alimento: ubi quale sit indicãs uitale genericum, quale subalternum, & quale specificum, definitur: quisue rectus eiusdem sit usus, declaratur. Cap. VI. D

CAPVT alterum, quod in omni affectu cõsiderãdum, medico proponebatur, erat cõsideratio rerum; quæ sunt secundùm naturam, de quibus loquens Gal. 3. Meth. 3. apertè docuit, Medendi Meth. perfici, à laborãtis partis temperamento, &c. & declarans 9. Meth. 13. quomodo naturalis temperies, in affectibus cõsideranda sit; vbi à virtute, ac viribus primam omnium indicationem desumi perscripsit, docuitq;, virtutem custodiendam; concludens ait; *Atq; huius custodiæ pars est, ubi uel bonam ipsam temperiem præsentem, seruamus, uel absentem*

Virtus vt custodienda.

E *sentem inducimus*, Virtus ergo, siue vires, vel vita,tota in naturali temperie constituta,compositione item,ac vnitate,cum ea sit;quæ (Gal.authore)2.Meth.3.ceu aduersatrix morbo est opposita,vnde propositum medico est,huic omni ratione opitulari,ac subuenire. quid indicans sit,quæ eius existat indicatio, & quod indicatum, repetamus. Quòd itaq; ad primum,cum ex Gal.mente.9. Meth.3. vitam,aut ipsas esse vires,aut earum actiones,necesse sit. nulli dubium,quod virtus indicans erit vitale; siue .n. vitam, virtutem,vel vires perpendamus,vitale nuncupari potest indicans, ad differentiam curatorij,atq; præseruatorij. Tria namq; cum sint prima genera indicantium,Morbus,causa,& Virtus,iurè hęc,vitale nuncupari poterit indicans: *Prima igitur omnium indicatio* (dicebat ibidem Gal.)*est,quæ à uirtute sumitur,uerum non sic prima,ut,quæ curationem doceat,cum ex numero curatricum indicationum, non sit, uerùm (ut ita dixerim) uitalium,siue quæ ad uitæ custodiam pertinent*. Cæterum,quia hæc omnia, ex cap.2. præsentis sectionis innotescunt; esto, virtutem esse indicās vitale,à virtuteq; indicationem desumi,vitalem; quid sit indicatum,inquiramus. Ad hæc,cum sub auxilij iuuantis nomine dixerimus seruari, medicamentum, & alimentum, illudq; sit indicatum indicantis morbifici,ac præseruatorij; hoc nempè alimentum, erit indicatum, indicantis vitalis; *Itaq;(inquit Gal.2. Meth.3.)cū mōstratum sit,uirtutem sui custodiam præscribere, sicuti morbum se tollendum;erit rursus in uirtute,secundus scopus, ipsius custodia. sicut in morbis,ipsorum sublatio:At uerò custodia, similium exhibitionem indicabit;sublatio contrariorum:* quasi dicat, Gal. quemadmodùm morbus indicat sui ablationem,per contraria,sic virtus indicat sui custodiam,per exhibitionem similium. At sic est, quòd similia sunt,alimenta,contraria sunt medicamenta; quarè,hæc morbi, illa virtutis erunt indicata. maior cum sit Galeni,& minor manifesta sit,ex dictis; concludamus alimentum, iam in superioribus sectionibus definitum,indicatum esse vitale, eiusq; nomine, significari, quicquid alendo corpori est accomodatum. Atq; his hunc in modum, genericè constitutis,specificam magìs facientes doctrinam; resumenda oratio est,ab ipso indicante vitali, hinc ad indicationem, & indicatum, inde verò, ad rectam agendorum administrationem. Quod igitur, ad primum; porrò indicans vitale cum sit ipsamet virtus, quid agendum genericum, erit eiusdem custodia, quid agendum subalternum erit,custodia per similia, quid agendum specificum,erit custodia p similia, in hoc vel illo, similitudinis,gradu. Virtus.n. cum sit collocata,in spiritibus, solidis, atq; carnosis,nostri corporis,partibus: Virtus spirituū,erit custodiēda

(Margin notes: Virtus q indicās sit. — Indicatum vitale quod sit. — Ratiocinatio formata ex dictis Gal. — Agendum genericum in virtute quid. — Agendum subalterum & specificū in virtute quid.)

Margin letters: F, G, H.

per alimentum (vt ita dicamus) spirituosum, seu tenue: solidorum, solidum, siue crassum; atq; carnosarum partium, per carnosum, siue medium inter crassum, & tenue: quibus indicantibus vitalibus, si addere velimus calorem natiuum; qui vinculum est animę cum corpore; hic etiam calor, indicabit, sui custodiã, per similia, in substantia, quantitate, ac qualitate, in quib' virtutis essentia collocat: substantia igitur indicabit alimentum substantificum, tenue, crassum, vel medium, vtì dictum; quantitas alendarum partium quantitatem determinatam alimenti. Vnde Hypp. 1. aphoris. 14. *Qui crescunt* (dicebat) *plurimum habēt caloris innati, quare plurimo egent alimento*: vnde robusta, & valida virtus, pro sui conseruatione validum indicabit alimentum; imbecillis, debile: nam hæc pluribus fomitibus extinguitur: qualitas, quę desumitur à temperamento similitudinem, atq; conuenientiam. *Natura* (dicebat Gal. 11. Meth. 1.) *ex tribus his partibus completur, ex spiritus, & partium, quæ uerè dicuntur solidæ substantia, quas alibi ex semine genitali conditas esse mōstrauimus, & tertia ab his carnosa, quæ cuiq; particulæ est sua. Singulæ autem iam dictarum trium, propriam pro natura sua tùm qualitatem, tum quantitatem habent. At qualitas quidem earum ex congrua temperie, humidi, sicci, calidi, & frigidi consistit; quantitas uerò solidarum partium, par sempr manet, sed ijs, qui adhuc inaugentur, numero dumtaxat, qui uerò absoluti iam sunt, etiam magnitudine; carnosæ uerò substantiæ magnitudo uariatur, etiam si præterea non augeatur animans. Pari modo, & spiritus substantia, non quolibet momento, tùm minor, tùm maior conspicitur. Ergo etiam supra ea, quæ indicationes præstare priùs diximus, Virtus uel sola ijs tribus substantijs, quas modò compræhendimus simul enumeratis additur: uel si tēperies seorsùm sit discreta in ipsa. Atq; hæc ipsa rursus bifariam quoq; ut ostensum est scinditur, & in originalem, naturam; & in acquisititium affectum, sic nimirùm, ut ex istis, & alijs quæ priùs dicta sunt propria quædam cuiusq; remediorum sit indicatio, sæpe autem adscititia temperies ad efficientes causas reducta, illis indicationē concedit*: hæc ibi Gal. cuius integram, placuit afferre, in indicantium vitalium gratiam, doctrinam; quò pateat, non eam esse nouam (vtì recentiores quidam suspicati sunt) sed antiquam, ab vniuersaq; posteritate medicorum, receptam. In reliquis vniuersa hęc vitalium indicantium Methodus, accomodatur, non solùm virtuti totius, indicantis, quid agendum, genericum, subalternum, atquè specificum; sed & virtuti partium, de quarum cōseruatione loquēs Gal. 13. Meth. cap. 16. *Proinde* (inquit) *de ea, quæ à particulis sumitur, indicatione, deinceps dicam, initio ab ea, quæ à iecinore sumitur, sumpto: & paulò infra. Quæ uerò ab ipsa sumitur parte, ea in diuersam nos partem trahit. s. robur seruari iubens*: Virtus igitur partis, vna cum virtute totius erit

Calor natiuus quō indicet.

Temperamentū quid & quomodo indicet.

Virtus in spiritibus solidis, & carnosa substantia consistit.

Virtus partium quō indicet.

E erit custodienda; per alimoniam isthęc, per localia illa: Indicat autem pars custodiam sui, per calorem natiuum; hic .n. nè diffletur, disperdaturq́; facillimè, per adstringentia conseruatur, vt .s. roborata per natiuum calorem, pars, valentior reddatur, ad euitandas noxas, quæ aliundè posset suscipere. *Hæcq́; ibi* (concludit in eodem cap. Gal.) *communis indicatio fit, in omnibus ijs partibus, quarum munus eiusmodi est, ut toti corpori fit ex usu.* Cœterùm de alia indicatione, vel potiùs coindicatione, quę desumitur à parte, ratione positus, figurę &c. (tria .n. tantum sunt prima indicantia, & tres indicationes) infrà; id expedit, adnotasse in pręsenti, rectū vsum seu administra- Quæ pars indicet.
F tionem agendorum, in custodienda virtute per similia, totam esse locatam, in actione, passione, præsentia, & subsistentia: ita vt actio, maior vel minor, custodiēdę virtutis indicet maius, vel minus alimentum; passio modum, illius assumendi, in forma liquida, vel solida; præsentia quando assumendum alimentum; & subsistentia, locum conuenientem, per quem assumendum est: & licèt in toto collocata sit virtus, quia tamèn, ab alimento in ventriculo concocto, in oreq́; pręparato fouetur, hinc est, vt os atq́; ventriculus, proportionatus sit locus, ad custodiēdam virtutem, per similia. quicquid, Agendorū vsus in virtute custodiēda qualis.
G de nutrientium clisterium vsu, recentiorum quorundam alloquatur schola. Sed, ad prudentis aduersarij nunc accedamus, in præsenti sectione pensitandas, ac perpendendas assertiones.

RETPROBATIS indicationibus, Aduersarij in simplici curando ulcere, quæ utilis ac specifica sit indicatio, proponitur. Hyppo. sententia de frigidorum noxa in ulceribus declaratur. quodq́; alia sit indicatio specifica, quæ desumitur ab ulcere, inducendo, & quæ a cicatrice. *Cap. VII.*

HIS ergo iactis, in Therapeutica (ad quam inuitârunt, Apologię professores) fundamentis: quid in omni affectu, qui medico curandus proponitur, agendum sit,
H atq́; considerandum, satis superq́; (prout institutum permisit) vnicuiq́; constare, putamus: reliquum itaq́; modo est, vt applicantes hanc vniuersam doctrinam, in dysentericis curandis deiectionibus, dolore ad sese trahente curationem, & virium stante ruina; videamus an, quæ in paradoxo conscripsimus, veritati respondeant, anuè Authorum Apolog. assert. eidem cohereant. Hinc ergo auspicantes: esto assertionem 76. omninò mancam esse, vt dictum: quàm vulgaris, inartificiosa, atq́; inutilis sit indicatio allata in 77. assertione, asserente. (*Si consideretur dysenteria, ut morbus, est ulcus, & intestinorum exulceratio, A Etio sic decernēte lib. 9. cap. 43. Itq́; hinc sumatur indicatio, erit unio: est .n. ulcus morbus in soluta unitate.*) vel hinc ex dictis, atq́; Gal. colligitur, inquit Gal. 3. Meth. Authoris consilium in sequēti. Assert. 77.

1.& alibì pasſim innoteſcit; quòd *Non qui uulneratam partem uniendam nouit, is medicus eſt, ſed qui, quibus id fiat auxilijs intelligat; quando, & uulgares intelligát, ſolutam partem eſſe uniendam: ex primis ergo indicationibus, plebi etiam notis, nemo artifex, & morborum curator eſt nuncupandus*. Sed.n.eſto, indicationem eſſe generalisſimam, neq; ex vſu artis; deueniamus ad ſequentes aſſertiones. Inquit igitur Apologiæ Author. *Et quia non poteſt fieri unio, & cicatrizari, niſi cum exiccantibus, ideo exiccantia ſunt adminiſtranda; quæ cum ſint calida, uel frigida, hæc non competunt, quoniam frigus ulceribus mordax; ergo calida, & ſicca*: hæcq; 78. in ordine eſt aſſertio; in qua ſpecificam magis proponens indicationem, hanc dicit eſſe, vnionem per exiccantia, ita vt exiccantia ſint indicata, & vnio per exiccationem, indicatio; & proponens magis ſpecificum indicatum inquit; *Eiuſmodi temperamenti eſt adeps hircinus, igitur ratione ulceris conuenit hircini adipis uſus; uel ſaltem non eſt interdicendus*. Cœterùm quicquid de hircini adipis temperie dicendum ſit, cum habeatur ex dictis, videamus quàm, abſquè vlla methodo, atq; diuiſione indicationum inueniendarum; vlcus exiccantia indicare, abſq; vllo gradu, perſcripſerit. Quod igitur ad primum, licèt vlcus omne, abſq; vlla ſui diuiſione, in ſimplex, & compoſitum indicet exiccationem; ita vt indicatio curatiua ſubalterna, ſit exiccatio, Galeno authore, in vniuerſa medendi Methodo: attamèn, quia vnio facienda in omni morbo à ſoluta vnitate aliam, atq; aliam expoſcit exiccationem; hinc fit, vt præter vulgatas indicationes, curandorum vlcerum, nihil in aſſertione adduxerit aduerſarius, & quod magis adhuc eſt, indicationes commiſcuerit, quę deſumuntur, ab vlcere, vt vlcus eſt; & quæ, à cicatrice: Simplicis ergo vlceris aggredientes curationem; eſto generalisſimam indicationem eſſe vnionem; ſubalternam, vnionem pro exiccantia; ſpecifica erit exiccatio, in tali vel tali gradu. Quarè quatenùs vlcus, vulnere eſt humidius, maiorem vulnere vlcus indicabit exiccationem; quæ pręterea maior, vel minor extiterit, prout maior, vel minor extiterit receſſus, à naturali ſtatu, atquè magis, vel minus humida, laborantis partis temperies; *Rurſus* (dicebat Galenus 3. Meth. 8. & ex 7. Meth. vltimo hoc idem colligitur) *uerò repetendum, hoc etiam loco eſt, quòd priùs diximus in indicatione, quæ à ſicco, humidoquè ſumitur; Nàm ſicuti in illis humidior natura humidiora, ſiccior ſicciora medicamenta exigebat: ita nunc calidior calidiora, frigidior frigidiora requirit, contrariam ſcilicet ſemper ijs, quæ præter naturam, & ijs, quæ ſecundum naturam ſunt indicationem præſtantibus: quippè quæ ſecundùm naturam ſunt, ſimilium ſibi indicatiua ſunt, quæ præter naturam, contrariorum; ſi modò illa*

Indicatio vulgaris al latę aſſert.

Aſſert 78.

Aſſert. 79. & eius cõfutatio.

Indicatio in omni vlcere exiccatio.

Vlcus indicat magis exiccans, quam cicatrizatio.

Vlcus magis exiccãdum vulnere.

E *illa seruari, hæc submoueri necesse est:* Vt propterea, cum vlcus in dysenteria, ratione affectorum intestinorum, ex sui naturâ, non admodùm humidum sit (sunt enim intestina, gratiâ suæ compositionis frigida, & sicca respectu carnosarum partium) indicet medicamentum, tùm siccum, tùm (aliarum carnosarum partium respectu) frigidum: *Non enim* (repetebat superius Galenus) *tantum an siccet, sed an etiam non ualde calefaciat, aut refrigeret expendi oportet*: specifica ergo indicatio, in vlcere, dysenteriam insectante, cum sit exiccatio, refrigeratioq; hircinus adeps, cum calidus sit, & humidus, vlceris curandi, indicatum esse non poterit. Atq; ad F hanc veritatem respiciens Galenus citato nunc loco. *Ergo altercum* (scribebat) *& mandragoram, & meconium, ceù supra modum refrigerantia, fugies; tametsi siccant, ea quoq; quantum sit ulceri ex usu. Resina uerò, & pix, & asphaltus quamquam modicè siccant, tamen immodicè sunt calida, ideoq; nemo eo utetur solis, &c.* ex qua Galeni doctrina, specifica spectata indicatione, vlcerum curandorum in genere, ratione temperiei partium, & totius; colligamus nos, quòd licet hircinus adeps, qui minus est humidus caprino, conueniret; quia tamen calidus est, (vt diximus, sanguinem, ex quo genitus est, vim G habere comburendi) hinc fit, vt indicatum curandi vlceris, per exiccationem moderatamq; frigiditatem, esse non possit: quod ipsum confirmans Galenus 12. Meth. 1. Intestinorum exulcerationem, neq; ex caprino seuo sanari, admonuit: & clarius longè loquens 2. de simplic. cap. de pingued. & adipe. *Itaq; si ipsum medicamentis, ad ulcera, & phlegmonas conuenientibus commisceas, non modò, nihil adiuueris: uerum etiam læseris, nimirum addita maiori, quàm conueniat acrimonia.* scriptis mandauit: Sed ad alia, Vir doctus minùs animaduertens alium, atquè alium exiccantium gradum postulare vnionem faciendam, in soluta aliqua vnitate; & alium, H cicatrizationem: indifferentèr cum exiccandibus, vtramquè moliendam in assert. 78. perscripsit: aduersus igitur eam insurgens Galenus 3. Meth. 5. vbi docuit, cicatricem esse inducendam, vt suppleat officium cutis, huiusquè inductionem tentandum, post carnis regenerationem, quæ glutinatorio medicamento perficitur; *Ergo* (inquit) *quoniam cutis, carne ipsa, tùm siccior est, tùm etiam densior, si carnem siccabimus, & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus; habes medicamenti, quod cicatricem inducit summam; Verùm ea non satisfacit, nàm, & glutinatoria, tùm siccabant, tùm etiam adstringebant. Ergo quò hæc ab illis distent, id, si ipsam rerum substantiam inspicias, inuenies. Nàm quoniam in glutine ulcerum siccandum, quod affluit est, quò uidelicet* (notent hæc Chirurgicæ artis pfessores) *affecta*

Pulchra Gal. doctr.

Hircinus adeps apertè in vlcere à Gal. reprobatus

Cicatricis munus.

Cicatrix quomodo inducatur.

pars superuacuis uacet: in cicatrice ducenda, non modò quod affluit, uerum etiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus: multò profectò siccius quod cicatricem inducat, quàm quod agglutinet esse conueniet: quando glutinaturo unum id propositum est, ut eius, quod secundùm naturam est, redundantiam consumat: qui cicatricem inducet, non modò hoc, uerum etiam ut ei humido, quod secundum naturam se habet, aliquid detrahat: hæc ibi Gal. qui docẽs remedium vel indicatum, ꝙ cicatricem inducere debet, futurum esse siccius, quàm ꝙ vnitatem committere; haud in stricta factitanda medicina, asseuerandum erat, indifferentèr, cum exiccantibus vnionem fieri, & cicatrizari; Quò ad alteram assert. *Exiccantia* (dixit Apolog. Auth. aduersùs nostra placita) *cum sint calida, uel frigida, hæc non competunt, quoniam frigus ulceribus mordax, ergo calida, & sicca*; ea igitur lege, qua Gal. & ante hunc Hypp. 5. aphor. 20. scripsêrunt. *Vlceribus, frigidum quidèm mordax, cutem obturat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem obducit, &c.* exiccantia frigida, in vnione factitanda, non competere asseuerauit. Cœterùm, an mentẽ vtriusq; Medicinę parẽtis sit assequutus, inde patêre potest, quòd vbi, tàm Gal. quàm Hypp. loquuti sunt, de ambientis frigiditate, quæ vlceribus inimica est, eo quòd tegi assueta sunt; vel de aqua, quæ frigida est, & humida: de medicamentis, quæ sicca sunt, & frigida, sententiam intelligendam esse, autumauit: Sed, an re vera frigida, & sicca conueniant, audiatur Gal. immediatè à præfata dictorum serie, scribens. *Galla igitur immatura, hoc loco, & malicorium, & ægiptiæ spinæ fructus, modicè siccantia pharmaca sunt, &c.* quorum simplicium facultatem (præter manifestam siccitatem) si assignare velimus; ea cum sit frigiditas, hæc nullo pacto mordax, siue in cicatrice, cuius gratià ea proponuntur, siue in vnione factitanda, in qua, ipsemet etiam Hyppoc. libr. de frigidorum vsu, vbi vinum austerum nigrum, & frigidum commendauit. *Lanæ* (inquit) *quæ frigiditatis gratia, aut perpenduntur, aut inducuntur, aut intinguntur, aquam frigidissimam postulant.* Et Ambrosius Parreus, Regius Chirurgus, apertè & ipse lib. eius jx. cap. 14. docuit ex Hypp. sententia, àmbientis frigiditatem, non tantùm hiemis, sed ęstatis vulneribus, vlceribusq; esse inimicam, Galenusq; 2. de vsu part. 2. admonet, arcendum esse frigus, à cœrebro, non modò in, sed etiam, à terebratione. Quibus omnibus, cum satis sit factum vniuersæ assertioni 78. properemus ad alias.

Finis inducturi cicatricem, & glutinationem.

Verba assert. 78.

Loci Hyp. declaratio.

Gal. vtitur siccis, & frigidis in vlceribus.

Hypp. vsus frigidissima aqua in vlceribus.

A B C D

QVID sentiat Gal. de indicatione, sumpta ab Aduersario, de abstersione in dysenteriæ ulceribus factitanda, in qua multiplicem ob causam, hircino reprobato adipe, quæ uera in abstergendo ulcere, sit methodus, indagatur. *Cap. VIII.*

E PRAETEREA cum dysenteria, non solùm sit ulcus, sed sordidum, unde sumitur indicatio, de abstersione, quia omnia acria uim habent abstergendi, abstergentia .n. sunt in ultimo amaritudinis; cum adeps hircinus sit acris, secundùm hanc secundam intentionem maximè conuenit, & propterea deueniendum est, ad medicamenta acerrima. scripsêrunt in assert. 80. Apolog. Auth. qui compositi vlceris, in dysenteria, per indicationes, proponētes curationem, à sorditie, secundam intentionem sumendam esse, duxerunt: ita vt, quatenùs vlcus est sordidum, sui indicet abstersionē, quam cum acria præstent medicamenta, hoc nomine, vlceris sordidi indicatum, hircinum adipem esse, contendunt. Sed.n. quid de hac secunda aduersariorum intentione, scripserit Gal. & quo nomine, hircinus adeps per acrimoniam aptus sit ad abstersionem, inquiramus. Quò ad primum Gal. 3. Meth. 7. Tessalios admirans scripsit. *Hi solùm id, quod nec uulgares lateat, proponētes, nempè cauum ulcus carne impleri postulare, plenum cicatrice induci, quod carne supercrescente luxuriat minui, sordidum expurgari, mundum cicatrice induci, recens agglutinari, ulcerum curationis methodum quamdam, explicasse se putant: tantùm. s. absunt, ut intelligant humidioribus naturis, minus siccantes medicinas conducere, siccioribus, quæ magis siccent.* ex qua Gal. doctrina, licet colligatur, vulgarem esse illam intentionem, desumptam ab vlcere, prout sordidum est; quicquid tamen, de eius vulgaritate sit; repetamus quomodo hircinus adeps, nullo pacto, etsi vim habeat abstergendi (de qua infra) conueniat in abstersione vlceris sordidi. Idem igitur Gal. cap. citato in fine: postquam, à laborantis particula, indicationem, in abstergendo vlcere, desumendam esse nos docuit; *Numquid igitur* (inquit) *si totum corpus temperamento sit sicciore, ab ijs, quæ magis siccent, medicinis iuuabitur: si uerò pars quæpiā eius, cæteris partibus natura sit sicciór, quæ minùs siccent requiret? An liquidò patet hic quoq; quæ pars siccius temperamentum obtinuit, hác etiam, quæ magis siccēt postulare: quæ humidius sit sortita, minus siccantia?* quasi dicere velit Gal. in quacumq; compositi vlceris, absoluēda indicatione, in vnione, in agglutinatione, cicatrizatione, abstersione, &c. laborātis particulæ considerande est tēperies. *Atq; hoc totum prætermittunt* (subdit immediatè) *amethodi isti Thessalij, qui unà omni particulæ cōgruere medicinam putant.* quarè, etsi hircinus adeps vim aliquam habet abstergēdi ꝓpter acrimoniam; quia tñ nullam habet similitudinē in tēperie (vtì vidimus) cum intestinis, siue gracilibus, siue crassis; hinc fit, vt indicatū abstergēdi vlceris, in dysenteria esse nō possit: pars .n. affecta, indicat sui præseruationē per localia similia, vtì passim Gal. in vniuersa Meth. definiuit. Quò ad secundum, qūo. s. hircinus adeps,

Assert. 80.

Indicatio de abstersione vulgaris.

In omni indicatione, temperies partis consideranda.

Hircinus adeps cur ineptus ad abstersionē intestinorum.

(F, G, H in margin)

adeps, per acrimoniam abstergat: idem Gal.5.de simplic.medic. A facul.cap.12. asserens; *Extergentia, seu rhyptica nominari quæ in superficie sordem auferunt, siue in cute, siue in ulceribus; quæ uerò poros etiam expurgant, ea subtiliorum his partium esse, & emplasticis contraria, &c. esse uerò hæc tùm nitrosa, tùm amara.* certè non video, quomodo hircinus adeps, cum amarus non sit, inter abstergentia possit adnumerari, eoq; magis, cum inter emplastica medicamenta, abstergentibus aduersa (remota dumtaxat acrimonia vel mordacitate) fuerit à Gal.4.de simpl.5.connumeratus: quare ea lege, qua decretum fuit à Gal.passim in cap.12.lib.5.de simpl.abstergentia esse amara, hircinus adeps, detergens esse non poterit medicamentum; *Quæcumq;* .n. (dicebat) *repereris nitrosa, & amara, ea ad purgandos meatus omnes ualere noueris.* Quòd, si aduersarius inter abstergentia mitiora reponere velit, qualia sunt dulcia, quæ sunt tenuium partiũ, puta mel (licet hoc vehementissimè etiam abstergat vt 6. de compos. med. secundum loca idem admonuit:) hircinus adeps, vel inutilis erit, quia crassarum est partium. (*Qui uerò mordicationes* (dicebat Gal.2. de simplic.cap.de pingued.) *perpetiuntur, aut in recto intestino, aut colo, ijs potius caprinum adipem, quàm suillum inijcimus, nõ quod acrimonias plus obtundat, sed quod caprinus ob crassitiem citius concrescat, &c.* vnde si citissimè concrescit, abstergere potis nõ est.) vel ob acrimoniam amaritudinis expertem inefficax, prorsusq; debile fuerit auxilium; qua igitur lege (ab aduersario sancita) hircinus adeps, in vltimo nõ est amaritudinis, abstergens esse non poterit, acris licèt existat: quid? ob acrimoniam est magis suspectus, nec vllo modo potest in sordidido dysenteriæ vlcere abstergendo, conuenire. *Chirurgo* (dicebat doctus Parreus lib.12.cap.9.) *considerandum est diligentèr, quot apparatibus poterit, crassas illas ulceri affixas sordes eluere, & saniem excrementitiam exiccare. Sæpè.n. hæc uno fieri possunt apparatu. Alijs, quibus est acrior sensus, minimè. Liberato autem eiusmodi crassis sordibus ulcere, abstinendum est, ab acriorib⁹, metu doloris, fluxionis, inflãmationis, & erosionis, ex quibus maior ulceri accederet cauitas. Tum igitur cõtenti erimus appositione remediorum, quæ siccent, & detergant sine acrimonia, ut sic naturæ conatus in generanda carne iuuemus, &c.* vt ꝓpterea, quia adeps hircinus magis est acris, quàm par sit, & minus siccus quam conueniat, ab consortio abstergentium (vnde adipem renum capratum animalium cõmẽdabat Auic.lib.3.t.2.f.16.) longè lateq; sit ꝓpulsandus: Vtq; altera ex Gal.3.Meth.2 elucescat ratio: tãtùm est, vt adeps tàm hircinus, quã alterius cuiusq; generis, sordidum vlcus possit abstergere, vt longè magis sordidum valeat efficere: Adeps.n. cum naturã retineat olei, vel nõ multum diuersam, *Oleum* (dicebat Gal.) *cauo ulceri infusum,*

Hircinus adeps cur esse nõ possit medicamentũ detergens.

Hircinus adeps crassarum partium existit.

Hirciuus adeps etiã per aduers. non potest abstergere.

Doctr. Parrei in abstersione factitanda.

Adeps, & oleum inimicum vlceribus.

E *infusum, aduersissimum omnium medicamentum est; cum si ita mederi uelis, usu ipso intelliges sordidum, ac malè olens ulcus fieri:* & re vera, si cera ipsa, adipe siccior, putrescere vlcus facit, quid dicendum de adipe, lõgè satis humidiori? Sordidũ ergo vlcus (vniuersali pręmissa curatione) detergentibus curabitur, sumpta indicatione, non solùm à sanie, huius differentia, siue crassa, siue lenta, tenui, vel consimili excremento, vlceratam partem obsidente, sed patientis partis tẽperie; *Nàm*(dicebat Gal.3.Meth.3.) *postquam inuẽtum est, humorem omnino huic uitio inesse*(loquitur Gal. de vlcere cauo) *utiq; siccans parandum medicamẽtum indicabit. At quoniam ipsorum siccantium, quædam magis siccant, quædam minus partim ex ulcerum diuersitate, partim ex ægri natura, quod expedit est desumptum. Itaq; non modò de corporis natura meditatus sit oportet, quis quis commodè sanare ulcus debet, uerum etiam diligentèr speculationem omnem, de medicamentis didicisse, tum sicci, humidiq; corporum temperamenti notas callere. Quare*(paulò dicebat infra Gal.) *pro modo humoris, sordisq; atq; ipso laborantis temperamento immutandum medicamentum est.* Cœterùm, compositi vlceris curationem attentè quisquis aggredi optat, differentias omnes, à causa, morbo, atquè symptomate, desumptas hic noscat oportet, indeq; nõ vulgares, inartificiosasq; haurire indicationes, sed vtiles, & ex artis vsu, meminisseq; debet, nõ omniũ vnum idemq; esse posse medicamẽtum. G

Sordidum vlcus vt curandum.

Compositi vlceris curatio vt molienda.

F

OSTENDITUR contra Aduers. asser. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. affectam partem, indicationem nobis præbere uitalem; nullam esse familiaritatem inter hircinum adipem, & intestina; quæ quomodo ex designato munere cũstodienda sint, definitur; nihilq; eundem adipem in curanda dysenteria præstare, eorum, quæ in præfatis assertionibus sunt promulgata decernitur. Cap. IX.

H PRAETEREA *cum intestina ipsa crassa sint, aspera, cauernosa, & inæqualia ex quo excremẽta retinentur, & dysenteriã fouent, & augent, hinc sumitur alia indicatio curatiua, ut. s. superficies illa interna reddatur lenis, æqualis, & lubrica, ut facilè materia noxia fluat, in hoc casu nihil præstãtius adipe hircino extat. Est. n. pinguedo huiusmodi eiusdẽ naturæ cum pinguedine ipsorum intestinorum, ut ob sympathiam facillimè coalescant, & uniantur insimul.* in assert. 81. & 82. admonuêre docti viri; quib' in singulis vt fiat satis, nec quicq̃ in his, quæ veritati consentiunt, detrahatur: Altiùs cum Gal. repetendum 4. Meth. 7. quòd *Sanè omnis omnium internarum partium indicatio est, ut ea eligantur, quæ animalis naturæ maximè sint familiaria, siue ea cibi sint, siue medicamenta; fugiãtur, respuãturq; huic cõtraria:* Ita vt, si hircinus adeps familiaritatẽ potitus est, cũ intestinis, in dysẽteria affectis; hoc nõe, indicatũ remedium esse posit, non dixerim

Asser. 81

Asser. 82.

curatiuum

curatiuum vlceris simplicis, vel vlceris sordidi; sed vitale partem. s. conseruans affectam, nè in trãsitu, ab humorum acrimonia per illam effluẽtium, abradatur, exulceretur q; magis: at si familiaritatẽ hanc nõ fuerit adeptus; tantùm est, vt remedium esse posit vitale, vt morbifica potius euadat causa: An igitur hoc, vel illud fit, altiori eget indagine. Nunc ad 81. reuertentes assertionẽ, quòd à substantia partis, proprietate, figura, & positu indicatio sumatur Gal. 4. Meth. 6. & 7. apertè docuit, sed an indicatio illa sit curatiuã, vel præseruatiua, aut vitalis, ad alia priusq̃ accedamus, pro integra assertionis discusfione, patefaciendum. Breuitati ergo intenti; ex fundamentis, in superioribus iactis capitibus, cum tria tãtum sint indicantia, morbus, causa, & virtus; vnde tres fluunt indicationes, curatiua, præseruatiua, atq; vitalis: asserimus quod indicatio quæ desumitur à parte, indicante sui custodiam per similia nullo modo est curatiua (vt assertionis author conscripsit) sed vitalis, indicans (Gal. auth.) per substantiam carnosam. s. nerueam, membranosam, crassam vel tenuem, &c. per proprietatem, temperaturã. s. & compositionem, figuram, positum, atq; suam excellentiam, sui cõseruationem, per similia: ita vt cum intestina sint facta à naturâ crassa, aspera, cauernosa, & inæqualia, crassities, asperitas, cauernositas, & inęqualitas in illis sit custodienda. Intestinorum etenim actio, cum sit chili distributio per venas mesaraicas (quod tribus tenuibus intestinis, duodeno ieiuno, & ileo conuenit) & chili excrementorum exceptio, retentioq; adusq; excernẽdi tempus idoneum (q tribus alijs crassis est destinatum, cœco. s. colo, & recto:) ad hoc, vt huiusmodi sibi concesso, fungerentur munere, necessaria fuêre omnia à prudenti viro proposita in assert. 81. crassities. s. nè ab excrementorum acrimonia eroderentur, per diuturnãq; morã, ac per cõtactum offenderentur: asperitas, cauernositas, & inæqualitas, nè in momento assumpta alimenta deijcerentur, neuè per ingluuiem, ab agendo, contemplandoq; homines reuocarent. Sic. n. fieri videmus in plerisq; brutis, in quibus vnicum est intestinum, recto ductu, absq; vllo anfractu, fabricatum, à vẽtriculoq; in anum exporrectum, vt lupo ceruetaro, consimilibusq; animantibus, semper ad deuorandum coactis: hoc igitur nomine, sumpta indicatione à parte affecta, ab intestinis ipsis, totum oppositum, quàm quod, ab aduersario propositum est, indicatur; custodia scilicet per similia localia, in suo naturali statu, non autem per contraria facienda ablatio: & propterea, si in reddẽda interna superficie intestinorum, leni, ęquali, & lubrica, nihil præstantius per aduersariũ hircino adipe: hic dictas ob causas in custodienda propria natiuaq;

Indicatio sumpta à parte, quę. *Refellitur pars assert. 81.* *Intestinorum munus.* *Quę necessaria pro absoluendo vulnere intestinorum.* *Quid indicetur ab intestinis crassis, asperis anfractuosis, & inæqualibus.*

A B C D

E natiuaq; intestinorum structura, plurimũ infestus, & aduersus erit; atq; hanc veritatem, attingens doctus Parreus lib. 12. cap. 17. vbi per acrimoniam, prudens aduersarius in assertione 84. hircinum adipem, summis ad cœlum in curandis intestinorum vlcerib' extulit, laudibus: inquit ille. *Cæterum eiusmodi ulcera omnia esculentorum, & poculentorum, magis quàm medicamentorum usu curantur, Gal. sentent. lib. 4. & 5. Meth. Deligenda ergo in cibum, & potum omnia, quæ mitia sunt, & leniendi uim habeant; uitatis acribus. Non. n. tutia, lythargirium, cerusa, uiride æris, & similia, hic ut in reliquis ulceribus locum habent*: atq; hæc vir ille doctissimus, nulliq; & in Chirurgia, & medicina factitanda F secundus: quamobrẽ colligatur, ex huius doctrina, quòd si ꝑpter acrimoniam suspecta sunt præfata omnia simplicia, quæ tamen siccã sunt nacta temperiem: multò magis hircinus adeps suspectus erit, vt qui calidus sit, & humidus (vti decreuimus:) In reliquis, si hircinus adeps eiusdem naturæ est, cum pinguedine intestinorum vt ob sympathiam facillimè coalescant & vniantur insimùl: *Indurescit quin etiam, coalescit, & concrescit, neq; liquescit, & lubricat, sicut cæteræ pinguedines humidiores, & oleum ipsum, & præfatis omnib' satisfacit intentionibus, & propterea conuenientissimus extat*: vt in assert. 82. & 83. G adnotatum est; profectò ex Galeni mente, caprinum aperto ore magis approbante in dysenteriæ vlceribus, non morbi gratia, sed symptomatis, doloris, s. posset adhiberi. *Quibus aliq; præsidijs succo. s. tragi, caprino seuo & rosaceo ceroto* (dicebat 12. Meth. 1. Gal.) *ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maximè si putredinosum aliquid habeant, sed uires interim conquiescunt; atq; id est contra symptoma instare, morbo ad id tempus neglecto*. Verùm quoniam, præter hanc sympatiam, in concretione sitã, & ab ęgregio aduersario propositã, cum ipsis intestinis, hircinum adipem coindicantibus, plura sunt, quæ prohibẽt, vlceris natura, pars affecta, dolor ad se curationem tra-H hens, excoriatio, & inflãmatio, ab humorum acrimonia ꝑducta, rectaq; per indicationes à nobis in paradoxo assignata medendi Methodus; hinc fit, vt non solùm indicatum esse non possit, ab indicante curatorio, sed nec vitali, vt hactenus constat. Quando, ob suam acrimoniam expultrix facultas irritetur ad expellendũ (indeq; symptomata augeantur) per caliditatem, & humiditatẽ nulla fiat abstersio, nomæ inducantur, cancerolæq; excoriationes, & inflammationes, excitentur. *Itaq;* (dicebat Gal. in de simplic. 2.) *si ipsum medicamẽtis, ad ulcera, & phlegmonas immesceas, nõ modo nihil adiuueris, uerum etiam læseris, nimirum addita maiori, quàm conueniat acrimonia*: quarè licet nullum reperiatur medicamentum, quod plurimũ iuuet, & nulla ex parte noceat, hircinus adeps multiplici nomine, oberit,

Parrei doc. aduersa as-ser. 81.

Acria omnia in vlceribus suspecta.

Verba as-sert. 81.

Assert. 83.

Hircinus adeps quõ indicetur, & à quib' prohibeatur in dysent.

Refellitur assert. 64. per rationes ipsius Aduersarii.

oberit, nihilq; profuerit, nec quicquam, ex sui ipsius naturâ præ- A
Refellitur asſert. 86. ſtare eſt potis, eius quod in 86. aſſert. ab aduerſario proponitur, aſſerēte, hircinum adipem exiccare, vnire, abſtergere, corroborare partem, prohibere humores, qui dyſenteriam excitant, augētq; infarcire, aſperam ſuperficiem internam inteſtinorum, non de facili lubricare (cum tamen lubricam reddere in aſſert. 81. conſcri-
Contradic. in aſſert. aduerſarii ptum inueniat) adhereſcere inteſtinis, indureſcereq; & retinere; inter quas omnes facultates, cum facilis adhęſio, concretioquè (vt ita dicamus) hircino conueniat adipi, quid tamen inde propter acrimoniam ſequatur, quia ſatis ſuperq; pateſcit; quomo-
Refellitur aſſert. 87. do Benedictum à doctis viris ſtatutum ſit medicamētum, ac numquam ſatis in dyſenteria (vlceris, & ſymptomatis vrgentis, indicante vehementia) collaudatum, iam, omnibus dijudicandum relinquimus: quòd ſi practicantium medicorum nonnulli haud aſpernandi, ad illud cucurrant, abuſus extiterit. B

ASSIDVAM deijciendi cupiditatem eſſe ſymptoma tenaſmi, non autem ueræ dyſenteriæ oſtenditur. Quodq; hircinus adeps, indicatū eſſe non poſſit curatoriū, præſeruatoriū, nec uitale, ab ulcere. ſ. acrimonia humorum, & inteſtinorū exulceratione. Cap. X.

AD Symptomata tandem, quæ dyſenteriam perpetuò comitantur, eruditi viri ſtudium conuertentes, hæc in
Aſſer. 88. aſſert. 88. ſcripſerunt. *Si præterea conſiderentur ſymptomata, quæ concomitari ſolent dyſenteriam, ueluti aſſidua deijciēdi cupiditas, dolor in partibus illis, & id genus; excellentia huiuſmodi medicamenti facilè pateſcit:* & rationem excellentiæ illius in aſſert. 89. aſſignantes aiunt. *Aſſidua egerendi cupiditas quia pro-* C
Aſſer. 89. *uenit ab acribus excrementis hac illhac pertranſeuntibus, ob aſperam ſuperficiem inteſtinorum propè ſphinctires muſculos, uel quia ulcera illa ſunt ſordida, & eadem eſt cauſa doloris, qui in illis partibus perſentitur, ut prohibeātur hæc duo ſymptomata, opus eſt ut ulcera mundificentur, abſtergantur, & exiccentur, hoc totum præſtat ipſe hircinus adeps:* Atq; in his vrgentibus rationibus, ſita eſt excellentia citati medicamenti. Cœterum, quā D
Reiicitur particulę aſſert. 88. veritati conſentiant, iterum contemplationi ſubijciamus. Aſſidua egerendi cupiditas, vt hinc exordiamur, non eſt verum ipſius dyſenterię ſymptoma, ſed tenaſmi, vt ex his, quæ cap. 18. præcedētis ſectionis adnotauimus conſtat: & quamquàm frequens, atq; continuus adſit in dyſenteria fluor, non tamen cum præcitata egerendi continua cupiditate; ſiquidèm in tenaſmo atq; hoc vero, ex vlcere inteſtinorum propè ſphinctirem muſculum, perpetuus deijciendi adeſt appetitus; in dyſenteria verò; modò ex gracilium, modò craſſorum inteſtinorum vlcere, fluor ſuſcitat: quem porrò fluorem copioſiorem eſſe (licèt cum aliquali cupiditate) quā de-

ie ctionem,

E iectionem, quę in tenesmo conspicitur, cum satis superq; constet: concludamus pro rei veritate, assiduam egerendi cupiditatem tenesmi existere symptoma, non dysenteriæ: Vt vt tamē sit, esto, deiectionem frequentem excitari in dysenteria, ab acrib' excremētis, hac illàc pertranseuntibus, & adhęrentibus propè intestina, vel sphinčterem musculum, vel quia vlcera illa sunt sordida: quænam indicationes ex his nobis præbentur? profectò (vt paucis hoc negocium expediatur) triplex: à causa morbifica, nempe acrib' humoribus vna; & hæc est præseruatiua, sui indicans ablationem per contraria, auferentia .s. humorum acrimoniam: A parte affecta, F nempè intestinis, vel sphinctere musculo (vnus.n. est non plures) secunda, quæ est vitalis, indicans sui custodiam; vt diximus per similia: & vlcere sordido, tertia; quæ curatiua existēs, sui indicat ablationem, per vnionem, & absterſionem, vt dictum: Hac ergo triplici stāte indicatione, hircinus adeps si esse potest indicatum vnius, vel alterius, aut aliorum, porrò excellentia medicamenti patescet, at si nullius extiterit indicatum, dedecus vt ita dicamus, longè lateq; constabit. Ad primam igitur reuertentes indicationem, stāte perpetua veritate præfiniti dogmatis, quod contraria contrarijs curantur: hircinus adeps cum calidus fuerit status, acris, & mordax; G excrementorumq; acrimonia, atq; caliditas, contrarium indicent auxilium .s. acrimoniam obtundens: hircinus adeps, cum non sit huiusmodi, sequitur indicatum; indicantis, humorum, acrimoniæ esse non posse. Quò ad secundam, affecta pars cum sui indicet custodiam per similium adhibitionem, iàm vidimus in superioribus capitibus insigne discrimen inter temperaturam adipis, & intestinorum, ita vt hac lege, minùs indicatum vitale, pro custodia partis existere possit. Quò ad tertiam, Vlcus, quia exiccans postulat medicamentum, & vt sordidum abstergens: cum ab vtriusq; consor- H tio remoueatur adeps hircinus; apud me non constat, quo modo excellentia huius medicamenti facilè patescat. vt propterea concludendum sit, solo quorundam practicantium vsu, in dysenterijs, gratiâ vlceris sordidi, partis affectæ, atq; humorū acrimonię adhiberi, nulla ferè ratione, cōsilioue, vt in nr̄o paradoxo asseruimus. *In fluxu dysēterico* (dicebat Augerius Ferreius in suis pract. castigat. cap. 25.) *statim ab initio, clysteres ex decocto capitis ueruecini multi exhibēt, quo ulcera sordescere, dubium non est. Itaq; pro benefico remedio; sordium experiuntur nocumentum, quod ad cachoetiā, & nomas planè ducat. Satius esset eos ab abstergētib' auspicari, & paulatim ad glutinātia, & abstergētia gradū facere. Nā pinguib' illis, ulceris curādi gratia nō utimur: sed sympt. hoc est doloris causa. quod Gal. 12 Meth. expressit. In dysent. deiect. ubi uehementer rodūt, &c. Quo sermone, nō solùm repræhēduntur, qui purè pinguib' utūtur,*

Indicationes desumptæ ab assert. aduer. quæ.

Dogma p̄finitum in omni curanda re p. m.

Doctrina contra aduersarium.

uerum etiam, qui seuum hircinum, ubi dolor non infestat, cæteris admiscent: simul etiam admonentur pinguia illa ad ulceris sanationem nō facere, sed tantum mitigandæ acrimoniæ gratiâ admitti. Seuum autem illud hircinum, aut caprinum (ecce hic anceps factus est) *quod Arabes putarunt, non siccare sermo ille declarat:* atq; huc vsq; doctus Ferreius, è cuius doctrina hauriat si velit aduersarius, & quomodo adeps quicumq; sordido curando vlceri est infestus, quo nomine tantùm in dysenteria conueniat, & quomodo tàm caprinus, quàm hircinus siccus non est. Sed an symptoma alterum respiciat, dolorem nempè, iam operepretium est, vt discutiamus. Interim monuisse sit satis, ex placitis assertionis 91. quòd cum hircinus adeps materialem causam morbi non respiciat, acres.s.atq; mordaces humores, nullo pacto indicatum esse poterit præseruatiuum, ab eorūdem acrimonia desumptum, cum tamèn in fluxione, ab humorum acrimonia producta, statutum fuerit ab aduersario in assert. 89. id totùm, hircinum prestare adipem. Neuè, à vera medendi Methodo, optimorumq; tot nostrorum patrum doctrina, nos recessisse vnquam suasum habeat in sua 92. assertione Apolog. Auth. qua methodo dolori sit in dysenteria occurrendum spectemus: illius ergo primùm explanata sententia, nostram indè ponemus.

Contra verba asser. 89.

Contradic. asser. 89. cum 91.

OSTENDITVR *primam indicationem, in arcendo dolore, esse mitigationem. Symptomata, locum causæ gerentia, trahere ad sese curationem, quæ tamen quomodo debeatur dolori per anodyna, ex Gal. aduersus placita excell. Aduer. decernitur. Cap. XI.*

SPARSAS hinc inde, Authorum Apologiæ colligentes, assertiones; inter eas, quę præsenti contemplationi accomodari videntur, centesima existit, 103, 104. vsq; ad 113. earum ergo confutationi incumbentes: quàm à veritate aliena sit, assertio cētesima, in qua dixerunt. (*Secundo loco, intermissis authoritatibus, descendis ad rationes, & demōstrationes, & assumis symptoma, nempè dolorem in dysenteria, & scopis curationis adductis; Scito in primis quod prima indicatio in hoc symptomate, non est doloris mitigatio, sed ablatio.*) hinc depræhēdatur. Indicationum tàm curatiuarum, quàm præseruatiuarum, ac vitalium afferentes nos, ex Galeni doctrina diuisionem; iam diximus generalissimas esse, duas à reb' p.n. & secundùm naturam desumptas: aliasq; indicare sui ablationem, veluti res p.n. & alias sui conseruationem, sicuti res secundùm naturam: ita vt cum symptoma, siue dolor, sit quid præternaturam, satis superq; vnicuiq; constet, indicare sui ablationem: quæ indicatio cum inartificiosa sit, inutilis, nec apud medi-

Asser. 108.

Prima indicationum diuisio duplex.

cos,

E cos, ex vſu; hinc eſt, vt artificioſam volentes afferre, ſcripſimus, in paradoxo, repetamuſq; nunc: primam indicationem in præcitato ſymptomate, eſſe doloris mitigationem. Atq; hanc veritatem cognoſcens Gal 12. Meth. 1. vbi decreuit, ob virium reſolutionẽ (cui in paradoxo eramus intenti) ſymptomati eſſe occurrendum, tanq̃ inde impẽdat periculum; dolorem mitigari, & roborari vires deberi conſcripſit, quaſi dolori debeatur mitigatio, & viribus, roboratio; nec his contentus in dolore arcendo; & lenitionem, & mitigationem paulò inferius, indicationem eſſe, commoneſecit, inquit enim. *Eſto igitur terminus in ægrotantibus, quem non tranſibit, qui ex arte* F *generoſè contra morbum pugnat, ut tutò medicetur: ei uerò, qui dolorem mitigat, ut uires cuſtodiat: quarè cuſtodiens uires, dolorem mitigare debet, pugnans uerò contra morbum, tutò medicari*: & rationem duplicis huiuſmodi traditionis aſsignans ait. *Vbi ultra pergitur, crudelis hominis officium facit, qui unà cum morbo, uitam quoq; homini aufert: qui uerò cubantis delicijs ſubſcribit, eiuſq; uoluptatem, non ſanitatem, pro meta gerendorum habet, adulatoris*. ſed de re vili ſatis. *Tripliciter dolori occurritur; primò, & hic eſt uerus ſcopus, à te prætermiſſus, uel neglectus, uera ipſius morbi curatio, qua morbo ablato ſymptoma euaneſcit, ut habetur* 12. *Meth*. 1. 103. exiſtit G aſſertio. huius igitur enucleationi incumbentes, Nulli dubium, ꝙ nullum ſymptoma, vt ſymptoma eſt, curationis rationem indicat, vel primùm immutat. *Manifeſtum enim eſt, ex morbis ipſis* (inquit ibi Gal.) *curationis indicationem præſtari, ueluti ex cauſis, ipſius prouidentiæ: At ſi ex ſymptomatum differentijs, actionum offenſæ contriſtant, ſollicitudinem medici ad ſeſe cõuertunt, affectumq; deſerere cogunt, & idem faciunt eorum, quæ retinentur, uel expellantur exceſſus: cauſæ .ſ. locum eo tempore obtinentes*. Indicatio ergo, in rebus arcendis præternaturam, cùm à morbo tantùm, & cauſa deſumatur, ea attendenda in primis: ita vt aſſertio veritati ſit conſona, quotieſcumq; nullam ad ſeſe trahunt H ſymptomata curationem; quòd ſi trahant, iam Galeni mens innoteſcit ex dictis; nec in paradoxo, cum diximus (*urgente dolore, uiriumq; imminente ruina, præcipuum ſcopum, & indicationem, illius eſſe mitigationem*) ſubticuimus: quarè verus, quo ſymptomati occurritur ſcopus, non à nobis prætermiſſus fuit, vel neglectus, morbi .ſ. ipſius curatio: quando propoſitum iam nobis in paradoxo fuit; ſymptomati occurrere, Galenumq; eo in capite lib 12. inſectari. *Secundus ſcopus eſt, ut per anodyna mitigetur medicamenta, & hæc eſt cura paliata aliquid præſtans, ſed non eſt uera curatio*: in aſſert. 104. cõſcripſit eiuſdem author; cui in hac etiam, vt fiat ſatis: Eſto ſymptoma ad ſe trahere curationem; quem latet, nõ ſecundum, ſed primum ſcopum, ſiue indicationem ex vſu, & artificioſam exiſtere doloris, per

Prima, & vtilis indicatio in occurrendo dolori, quę

Gal. duplex traditio in cuſtodiẽd. viribus, & pugnand. cõtra morbum.

Aſſer. 103.

Quę ſymptomata indicent, & quando & quid.

Inſtitutio auth. paradoxi.

Aſſer. 104.

Prima indicatio in dolore arcendo ex Gal quæ.

anodyna medicamenta, mitigationem? *Quippè (*dicebat Gal. cap. 1. cit. lib. *) si fas est ijs remedijs, quæ morbum sanent utendo, quod optamus efficere, abstinendum ab sopientibus medicamentis est, quæ uocant anodyna: Sin ex uigilijs, & uiribus resoluēdis ad mortis discrimen æger tendat, tùm profectò eiusmodi medicamentis utare. s. non ignarus, corporis habitum nonnihil ex his lædendum; læsionem tamen, quàm mortē, potiùs eligendam.* quamobrem consulēte Gal. anodyna maximoperè conuenire in virium resolutione, ex dolore (vt diximus) anodyna (indolētia latinè diceres) prima erunt in occurrendo symptomati, indicata (qñ α, & ὀδύνη vocem conficiant) mitigatioq; per anodyna, indicatio, præseruatiua tñ (vti decretum:) De scopo altero in asser. 105. ꝓposito, vbi dicebat vir prudens. *Tertius scopus est, ut narcoticis utamur, & hoc nonnisi urgentibus doloribus, & hæc est cura coacta, ideo abstinemus à narcoticis in quantum possumus:* quid dicendum cum Gal. sit, non facilè cōstat: siquidèm, vocans Gal. anodyna medicamēta, sopientia, & Celius Aurelianus lib. 2. cap. 4. quæ leuationem doloris somnum accersendo molliunt; aduersarius verò narcotica, nō video, quid discriminis sit inter priorē scopum, in quo anodyna ꝓponit, & inter præsentē, in quo narcotica sopiētia à Gal. vocata collaudat, quare superfluus erit: Quòd si, non vnius generis anodyna sint, & narcotica, vel sopientia, sed alterius: explicatum cum habuerimus, litem omnem auferemus. Interim veritatem, in narcoticorum vsu affirmantes, hoc cum Gal. in calce capitis addiderimus. *Ergo sicuti cauēdus est, quo ad fieri potest, eiusmodi medicamentorum usus; itá si necessitas urget, nec admodū noua sunt, offerenda; quòd frigida, quæ in his sunt, præualētes uires adhùc habeant, nec ita antiqua, ut spem nostram frustrentur. Neq; (*addit immediatè in asser. 106. vir doctus*) ego hactenùs quemquam uidi, in spinali medulla, administrasse narcotica in dysenterijs, ad dolorem sedandum, ut ex hac doctrina colligitur.* Num verò eiusmodi, ex nr̃a doctrina fieri possit collectio, spectemus. Pars affecta in dysent. cū sint intestina, & vbi agendum, indicetur ex subsistentia, Gal. auth. 7. Meth. vlt. asseuerante. *A situ indicationem dari ad solidarum tēperies, tum autē ad succorum uitium, non leuem: ita ut, quibus in profundo corpore intemperies est, in ijs rationem interualli inibimus.* Non videmus qūo in spinali medulla, colligi possit ex nostra doctrina, narcotica esse administranda; cum tñ per superius, vel inferius, ea adhibenda sint, prout gracilia, vel crassa fuerint affecta intestina. Auic. sic decernente lib. 3. tract. 2. cap. 7. in initio.

Anodynū primum, indicatum in sedando dolore.

Asser. 105.

Tertius aduersarii scopus in arcendo dolore superfluus.

Asser. 106. eiusq; cōfutatio.

Vbi agendum indicatur à situ.

EX Gal. doctrina, decentiq; philosophandi, ac medendi methodo ostenditur hircinum adipem, in dysenteria curanda (infestante dolore) non esse indicatum nec à uirtute, nec à temperie partis affectæ, nec à causa eiusdem morbifica. *Cap. X.*

E CVM per indicationes artificiosas, ac vtiles tentauerimus, in nostra paradoxa conclusione demõstrare, hircinum adipem nullo pacto esse posse remedium indicatum, in arcendo dolore, qui dysenteriam comitat; vbi scripsimus, nõ indicari, a facultate sentiẽte; partis affectæ, indicãtis narcotica; non à parte eadem, destituta muccositate propria, indicante eius reparationem, ac restitutionẽ: diximus minus etiam indicari ab acrimonia humorum, qui sunt in causa, vt muccositas illa abradatur ab intestinis, sentiensq; intestinorum facultas magis afficiatur: aduersùm hanc igitur doctrinam

Authoris institutum in paradoxo.

F insurgens in asser. 107. Auth. Apolog. inquit. *Ille nouus scopus, quem in medium affers, qui triste obiectum, siue erodentium humorum acrimoniã corrigat, & acredinẽ nec morbum respicit, nec symptoma, sed solùm morbi causam, cui occurritur syrup. ideo tua doctrina uidetur noua.* Nostram ergo vendicãtes sententiã, à nouitate quacumq; : iam meminisse oportet, quòd cum tria concurrant, ad sensationẽ omnem absoluendã, facultas. s. sentiens, organum sentiẽdi, atq; obiectum, quod sensum mouet, haud apparet, quomodo desumẽtibus nobis indicationes, ab his tribus, concurrentibus ad deprauatam in dolore faciendã, sensationem; de nouitate vlla philosophica nostra accusari possit

Asser. apol. 107.

Quæ ad sensationẽ concurrãt

G doctrina: Eccè facultas sentiens, Gal. auth. 7. Meth. vlt. indicat; dicit. n: *Non spernenda uerò indicatio est, & ea, quam sensus partium acuitas, hebetudoq; suppeditant, quando omne medicamen cõtemnunt, quæ tardi sunt motus: etiã si nõ leuitèr mordeat. At, quæ acuti sunt sensus, eorum uires dolore resoluuntur. Expedit igitur has nec confertim, nec semel ualẽtib⁹ auxilijs, mederi tentes, sed tutò potiùs in tẽpore. At ubi tardus est sensus, in his etiã celeritèr obire, quod iustum est, licet, &c,* ex qua Gal. doctrina, cum colligat, facultatẽ sentiẽtẽ intestinorum indicare, hoc est signũ esse virtutis permittẽtis, vel ꝓhibẽtis auxilium mordace, ac valẽs: repetamus,

Facultas sentiens quid indicet.

H ꝙ quia intestina sunt prędita hac sentiẽdi acutie (sunt. n. tota neruea) mordacia, valẽtiaq; medicamẽta, ab Aduers. ꝓposita in asser. 69. ex Pauli sent. 70 ex eodẽ: 71. ex AEtio lib. 2. cap. 41. & ex Gal. in asser. 72. & vltra; nõ cõueniunt. Nã prætérquãꝙ virium stãte ruina, ab hac ipsa mordacium quorũcumq; vsus ꝓhibet: accedit ꝙ cum *Prima indicatio* (ex Gal. 7. Meth. vlt.) *à laborãtis loci tẽperie sumatur: quæ calefaciendi, refrigerandi, siccandi, uel humectandi, uel aliquid horum coniunctè, cum alio faciendi, mensuram perscribit, eiusmodi medicamenti genus ab laborantis partis temperie non indicatur.* A sentiendi igitur facultate, quę stupefaciens in vrgentissimo aliquo dolore indicat, cum hircinus adeps non indicet (hic siquidẽ sensus acrimoniã obtundere minus est valẽs.) Nec intestina ipsa putrcta, & mordicata

Indicatorũ ab aduers. in allert. confutatio.

Temperies partis quid indicet.

eumdē exposcant: nec demū humorum acrimonia, quæ obiectum A
sentientis deprauatę facultatis existit, demonstret; iure merito, in dysenteria curanda (vrgente dolore, ac virium stante ruina) hircinum damnauimus adipem. Neuè nouam hanc esse medendi Methodum, quis in medicina existimet; audiatur integra scriptorum series Excel. Victoris Trincauellij in suo Enchiridio Medico libr. 5. sect. 3. cap. 7. *Nunc ad ipsum affectum eiusq; symptoma hoc est dolorem ueniamus. Dolor. n. ubi uehemens est, priorem curationis partem sibi uēdicat. Quoniam igitur dolor corrupta est actio sensus tactus* (hęc ipsissima Trincauellij sunt verba) *ad quam tria concurrunt, facultas .s. sentiens, à neruis in intestina deriuata: ipsa intestina, sentiendi ui prædita; & obiectum triste,* B *hoc est humores acres: indè fit, ut triplex itidem sit ratio, qua dolori intestinorum succurrere possimus. Prima remedijs narcoticis, quæ facultatem sentientem minuunt, nè molestiam percipiat, etiam relicta doloris causa, ijs nimirùm, quæ opium mandrogoram aut alterci semen accipiunt, nonnisi in extrema necessitate usurpanda, nàm sæpè modus is curandi membra reliquit plurimùm labefactata. Altera, quæ fit medicamentis acrimaniam, & mordacitatem noxij humoris delinientibus, & temperantibus, ut docet Gal. 2. in 6. epid. com. 9. Tertia est, quæ respicit intestina, quæ punguntur, & mordentur, nè à mordacibus humorib' lædantur: quod efficitur iniectis inferiùs, per clisteres medicamentis, quæ intus concrescentia, agglutinataq; intestinis, & hærentia, obstāt,* C *quò minus usq; ad intestinorum substantiam, possit mordacitas pertingere:* atq; hęc omnia philosophi, ac medici eminentissimi, è quo integram ferè sententiam in paradoxo conscriptam effutantes, nō nouam rati sumus afferre doctrinā, sed tùm philosophię, tùm medicinę præceptis accommodatam. inde igitur colligentes hircinum adipem (licèt concrescat) ob acrimoniam, minùs satisfacere posse, triplici illi indicationi, desumptę à virtute, à partis affectę temperie, & causa morbifica, aperto conscripsimus ore, perperā eos agere, qui ad id medendi genus indifferentèr recurrunt. D

Victoris Trincauel. doct. iu paradoxo citata.

Adeps hircinus cur non conueniat in dysent.

EX eo quia, Dysenteria est morbus manifestus, non à tota substantia, neq; occultus; multiplici ratione decernitur, medicamenta ab experientia desumpta minùs bellè in eius curatione indifferentèr conuenire. *Cap. XI.*

RATIONE igitur duce cum satis superq; constet, hircinum adipem satisfacere nō potuisse, indicationi alicui compertę, ex allata medendi methodo; pro empiricis instans aduersarius in assert. 109. 110. 111. sic inquit. *Cum unaquæq; res duplici donata sit facultate, manifesta una, cœlesti altera, experientia cōpertum est, hircinum adipem plurimùm,*

Asser. 108.

E *dysentericos iuuare: Vnde instans ego pro empiricis, dico, quòd empiricus non* Asser. 109.
tenetur alitèr respondere, nisi quia experientia ita compertum esse constat. Et Asser. 110.
ecce magnes, qui lapis frigidus est, & siccus ferrum trahit, specifica quadam,
& occulta qualitate, & sic cogeris ad empiricorum assertionem obmutescere,
uel inania loqui, &c. Nè igitur inania loquamur, & caput sine lingua
nobis esse videatur, quid veritas ipsa, in hac assert. decernat, inqui-
ramus. Meminisse ergo oportet cum docto Fernelio lib. 4. de abdi-
tis rerum causis cap. 19. quòd quemadmodùm, repletio inanitio-
ne curatur, & inanitio repletione (Hypp. etiam auth. 2. aphor. part.
aphoris. 22.) intemperiesq; omnis intemperie profligatur; sic to-
F tius, quos admisimus, in anteriori sectione, substantiæ morbi, me-
dicamentis profligantur, totius substantię proprietate contrarijs:
ita vt si dysenteria ipsa, siue fluxio, siue dolor, siue vlcus à totius
substantię proprietate morbus existat: medicamentis profligan-
da, quæ à totius substantię proprietate sint contraria: At si talis
non sit; meminisse oportet Hyppocratici theorematis, contraria
contrarijs, curãda esse: Cum itaq; dysenteria, eiusq; symptomata,
de quib⁹ oratio à nobis in paradoxo est instituta, morbus à totius
substantiæ proprietate non sit, ad remedia, quæ à tota substantia
G operantur, quęq; experientia comperta sunt, haud absq; methodo
accedendum: propterea quòd Hyppocratis testimonio, experi-
mentum est fallax, nec ratione, nec iudicio, nec methodo suffFul-
tum, & stabilitum: quam eamdem veritatem cognoscens Gal. ex-
perientiam sine arte, & ordine fieri primo methodi adnotauit; &
2. de dignoscen. pul. 2. experientiã periculosam esse, nisi rectè trac-
tetur conscripsit: vt propterea, licèt empiricus asserat, experientiâ
cõpertum esse, hircinũ adipẽ plurimùm dysentericos iuuare: cum
tñ nõ rectè, ob symptomat. vehementiã administrat; hinc fit, vt ve-
lit nolit empiricus cogat asserere, periculosam esse experientiam
H expertã. *Ego autẽ (*dicit Gal. lib. de medic. expert. vel eius auth.*) dico
quod medicina experta laudata, quando usurpata fuerit, ubi nõ conuenit, cum
eo quòd nõ prodest; etiam nocet*. quamobrẽ licet empericus asserat, ex-
perientiâ compertum esse, hyrcinum adipem iuuare dysentericos;
quia tamen administratur in pręsenti vbi nõ conuenit; non solùm
non prodest, sed nocet: hincq; est, quòd experimentatoribus cre-
dendum non esse, absq; scientia, eiusdem libelli auth. in initio ani-
maduertit: Et quamquàm experientia, & ratio 8. de composit. me-
dicam. secundùm loca cap. 7. duo sint medicinæ crura, & magnum
quiddam experientia sit, quia tamèn, eodem Gal. auth. com. 1.
aphoris. aphor. 1. *Nõ lateres, lutum, ligna, lapides, tegulæ, coria, artis me-
dicinalis, ut aliarũ, materia sunt; in quib⁹ experiri, & exercitari multis modis*

In quibus morb conueniát medicam. sũpta ab experientia.

Cur medicamenta sumpta ab experiẽtia non cõueniant in dysenteria.

Refellitur assert. empiricorum

Experimẽtatoribus nõ est credẽdũ absq; scientia.

impunè licet illi, qui se circa materiam exerceat, & artis theoremata meditetur; id quod in lignis carpentarijs, in coriarijs coriarij faciunt: ꝓpterea hircinum adipem, etiam experientia comprobatum, in dysenteria à nullo indicatum damnauimus: Sed.n. quicquid de experientia sit, hoc adnotatione dignum occurrit, quòd cum experientia iudicẽtur, quæ agant à tota substantia, ex primo de comp. medicam. per genera: si experientia comprobatum est, hircinum adipem iuuare dysentericos, medicamentum extiterit, quod dr̃ iuuare à tota substantia: Cœterùm quale afferre posit in dysenteria iuuamen, ex doctis. Fernelio lib. & cap. pręcit. hauriat. *In cachochimia*, (inquit) *quæ præsertim uentriculum primas uias, uisceraq; occuparit, occultæ medicamentorum uires, quasi sepultæ franguntur, & hebetescunt, proindè atq; si in lutum sordidissimum demergerentur*. Iam verò, quęnã maior excogitari, aut animaduerti potest in humano corpore cachochimia, quàm in dysenteria affecto? quamobrem, experientia licèt tandem sit comprobatum, hircinum adipem iuuare dysentericos; non inania loquimur, si debile prorsùs, ac inefficax dixerimus ob redundantem in intestinis cachochimiam esse medicamentum. In reliquis condonamus magnetem ferrum attrahere, agaricum pituitã purgare, rhabarbarum bilem, & elleborum melancholiam, specifica quadam facultate, & sic experientia esse comprobatum, hunc vel illum determinatum expurgare humorem; quia non citra rationẽ huiusmodi in expurgandis noxijs humoribus adhibẽtur remedia; citra rationem verò præfatus adeps, hic suspectus existit; approbatus eorundem censetur vsus. Sed quicquid de experientia sit, aliàs si dabitur occasio.

Quod hircinus adeps etiam ab experientia comprobatus nil in dysent. cõducat.

Hircinus adeps inefficax, & debile medic. in dysent.

DE indicante, ac indicato uitali, eiusq; usu in dysenteria curanda, ex propria Authoris sententia. *Cap. XII.*

DYSENTERIAE igitur ex perscripta medendi methodo aggrediẽtes curationem; ab his, quę sunt secundũ naturã, in pręsenti, capiemus exordiũ: Virtus igr̃, siue vires, collocatæ in recta, decentiq; constitutione totius, temperie nimirum, cõpositione, ac vnitate suã indicabunt custodiã per similia, quę habẽt per alimoniã; hęc itaq; eius extiterit generis, quod sexui ætati, temperamento, & patientis naturæ conuenire videatur: quare victus erit reficiens, pro labentium virium conditione: ita vt si vires in dysenteria multùm labuntur, restauratio valẽs, per alimoniam indicetur, habita semper ratione vniuersalis temporis, in quo dysenteria inuadit: ergo principio dysenteriæ quia vires adhùc robustæ sunt, ex Alexandri consilio

E consilio lib. 9.cap.9.alimenta,quæ moderatè nutriant, nec tardè coquant sint oportet futura,cuius sanè generis, quia lac est, quippequod temperatum est alimentum,depurgans,contemperans,ac fluxiones sistens:lac,eo modo,quo à docto Ttalliano commendat (calibeatum .s. vel in quo igniti lapides fuerint extincti) alimentum indicatum extiterit opportunum,dummodo febris ex Hypp. non prohibeat, vel ventriculi caseatio vetet: tunc .n. & pluuialis aqua affūdēda est, ad quartā partē: decoquendumq; lac, ad quartam primò,inde ad tertiam,atq; dimidiam partem, & mel, vel etiā zaccarum,nè in caseum cogatur,miscendum. Tantiq; cum vniuersa medicorum schola faciendum id alimenti genus, vt ex lacte ciborum omnis factus apparatus (siue oriza, amilum,ptissana cum pluuiali aqua decocta, consimilesq; pultes, & oua) maximoperè dysentericis sit conducturus. Illud autem in intestinorum gratiā adnotare cōueniat; Alimenta omnia acria,salsa,dulcia, & actu frigida,diuersorum generum dysenteriæ, & omnibus alui profluuijs esse infesta: panis ergo ex aqua, vinoq; maceratus conuenientissimus erit,inde verò in iure paruę pullæ,vel lactentis vituli petiolis, suillis adhuc, ac veruicinis. Quòd si dysenteria procedat,virium

Alimenta dysentericorum in principio, quæ.

Alimentorum apparatus ex lacte.

Dogma in dysent.

F

G habita ratione maiori,alimenta sint oportet valentiora,cuiusmodi oua non admodum dura, nec mollia, volucrum carnes, perdices.s.turdi,turtures,merulæ, græcales palumbæ, siue earum pulli, starnæ,phasiani,pauones, quorū caro dysentericis aptissima, atq; similes,in posca elixatæ,indeq; assatæ cum sorbis, cornis,mespilis, adstringentibusq; fructibus,siue oleribus, vt plantagine, acetosa, & inthybo,plurimum tā cocto,quā crudo in dysentericis(etiamsi ægri febricitent)approbato:Atq; si vires imbecilliores sint, non solùm stillatitiæ aquæ, ex præfatis carnibus elixis,atq; assatis conducent:sed,& contusum, cum stillatitia aqua, ex rosis, mirto, aut

Alimenta dysentericorum in progressu affectus.

H oxalide, cum adstringenti aliquo moderatè puluere, paratum, primum, in dysentericorum victus ratione instituenda habebit, locum. A lacte,pane,ouis, & carnibus; haud patientis delicatioris gratiā fructus aliquot ex præfatis improbantur: habito tamēn semper consilio, nè in corruptelam procedant. Potus esto (non infestante febre,vel aliqua internorum viscerum inflammatione) eiusdē cōditionis,ac alimentum,in principio augumento,ac statu dysent.approbatum; quarè vinum dilutius in principio extiterit, dilutum cum aqua pluuiali, in qua adstringentes aliquot fructus præmaduerint,vel plantago,aut oxalis fuerit incocta;siquè à vino, constantibus viribus, dysentericus in principio abstineri possit, eius loco cōmendat tùm pluuialis aqua, tùm calibeata ex fōtana,

Alimenta in viribus imbecillib.

Fructus.

Potus.

L 4 vel

vel etiam,cum adstringentibus oleribus decocta. In reliquis,quia A
alimoniç campus,longus,latusq; est:hoc tantùm cum Hyppocr. 1.
aphoris.part.aphoris.9.addiderimus.Coniectandum,an ęger cum victu sufficiat perdurare,donec morbus cõsistat;& numquid priùs ille deficiat,nec possit cum victu perdurare,vel morbus antea deficiat,& hebetescat; quamobrem vt ex lib.de victus ratione habet: coniectãdum iterùm robur,& morbi cuiusq; modus,& morbi natura,& consuetudo victus ęgri,nõ solùm ciborum,sed, & potuum: quod igitur ad quid agendum specificum, indicatum, à viribus dysentericorum, habita semper ratione spirituum, qui seruandi sunt, per alimenta tenuiora; solidarum, quæ per crassiora; atquè B
carnosarum,quæ custodienda erunt per mediocria,exemplo sumpto ex lacte,carnibus prædictorum animantium, ac pane præmacerato in iure,ac earundem contuso, hæc dixisse sufficiat. Quòd spectat ad vsum, atq; administrationem, porrò copiosius erit alimentum,si vires maximè agant,in forma liquida,si vires citissimè restaurandæ sint(iuxtà illud Hypp.qui vult restaurari,restauretur liquidis)si tardius,solidiori,nõ inquam absolutè,sed respectu seruato,ad modum patientium virium. De tempore assumendi alimentum,nulla infestante febre, hora perscribitur consueta,vel qũ C
pręsentia maior adest indicantis, locus quia satis est, notus deueniamus ad alia. Aër itaq; qui etiã causa necessaria est,& alimẽtum spirituosę substãtiæ existit,eius oportet,vt sit,naturę quę causæ aduersetur dysent. ad frigidum.s. vel calidum declinãs ad siccum tñ in passiuis contendens;qui ni talis sit,arte paretur; somnus magìs quàm vigilia,& quies quàm labor omnib' alui fluxionibus,nedum dysenteriæ maximè confert. Inanitio molienda quotiescumq; detenta excrementa lęsionẽ afferunt,nec quantitate solùm molestãt, sed,& qualitate;Venus(vt ille dicebat)cane magis,& angue peior, euitãda;Animiq; affectus longè procùl arcendi, tamq̃ hostes dysentericorum existant, & fauẽtes causæ internorum vlcerũ fluxio- D
num,atq; concitationis dolorum,& vires in primis, quibus seruãdis in pręsenti capite sumus intenti, præcipitentur. De indicato vitali,quod per localia administratur; infra.

Hypp præcept in victus ratione obseruãda.

Vitalis indicati administratio.

Aëris conditio in dysent.

Somnus.

Inanitio.

Venus.

Animi accidentia.

DE Indicante,ac indicato præseruatino,in dysenteria curanda, gratia potissimum ulceris,fluxionis, atq; doloris: ubi quando uenæ sectio conueniat, & quando purgatio, βραχιλογία finitur. *Cap. XIII.*

AB Eo quod magis indicat, iuxtà Gal. placita,vt ꝓcedamus ad id, quod minùs. Inter res p. n. dysenterię causa nobis(vt indicans) sese offert, tractanda. Pro huius igĩ diuersitate, prudęns Medicus sollicitus sit oportet, ad indicata

E indicata inuenienda præſeruatiua. Quamobrem verę dyſenteriæ aggrediens Medicus curationem, exulcerationis cauſam (tamquã indè dolor in primis, & fluxio traducāt originem) animaduertet, eamq́; ſiue externam, ſiue internam cōtrarijs remouebit. Sumpta nunc tñ indicatione à cauſa interna, quæq́; in corpore eſt: quia interna cauſa, inflãmatio aliqua inteſtinorum eſſe poteſt, lienis quin etiã ex Tralliano, hepatis, meſaraicarum, & vētriculi; humorum acrimonia, atq́; mordacitas, à toto, vel à parte, aut etiã in inteſtinis producta: vnicuiq́; proprijs ſuccurrendum indicatis. Ergo in- flammationi (quicquid medicorum vulgus reclamet) ex ſententia F eiuſdem Tralliani, necnon Gal. (ſuadentis 1. aphoriſ. 23. in inflammationibus, & in doloribus, ſanguinem eſſe mittendum) conſtantib' viribus, venę debetur ſectio; cuius vſus is futurus ſit oportet; vt ꝙ ſpectat, ad quando agendum, vena ſecet̃ in primis diebus, ſtatim ac inflãmatio conſtiterit: vbi agendum ſit, in bracchio dextro, aut ſiniſtro (in humorali ex Aëtio) iuxtà ſiniſtri, vel dextri lateris inflammationem, ſiue in liene, ſiue in hepate, vel alijs partib', ad ſiniſtram, aut dextram vergentib': quomodo agēdum, ſit nō tãtùm per venam, ferro inciſam, tenuiq́; foramine, ſed potiſsimum hyrudinibus: quarum vſus vel maximè approbat̃, cum ex Tralliani ſen- G tentia libr. 8. cap. 9. ſanguinis miſsio κατὰ ϐραὺ, hoc eſt paulatìm adminiſtrãda ſit. Cœterùm ꝗd attinet ad indicationē nō detrahēdi ſanguinis, aut omninò pauci (Gal. auth. lib. de ſang. miſsione) eſt ex ętatib' pueritia, ex colore hominum, candidus ſupermiſtus ex tēpore anni, canis: cœterũ, & quę his cōtraria ſunt aliam rationē, non multi ſanguinis detrahēdi habent, vnde in maximis frigorib' à larga ſanguinis miſsione cauēdũ eſt. Quod ni ſanguis educi poſſit, cucurbitulis vicarijs agēdũ; ſanguiſq́; mittēdus, nō copioſus ſit oportet, ſed neq́; cōfertim (nè vires labāt) neq́; ad animi deliquiũ, H vt in inflãmationib' faciendũ ſuaſit Gal. qui licet 1. ad Glauc. 14. in maiora ſcripſerit pericula incidiſſe; qui in vētris profluuio ſanguinē mittere tentârunt: attamē quia, dyſent. ꝓpriè cōſiderata nō ſolùm eſt alui ꝓfluuiũ, ſed cũ exulceratione, & dolore à dictis cauſis ꝓducta; & in primis ab inflãmatione; non mirũ ſi, & Trallianus, & Aëtius, alijq́; recētiores ſanguinē mittere, permittētib' virib', ætate, anniq́; tēpore, & cōſuetudine, auſi ſunt. Indicata reliqua ꝑſeruatiua, quæ inflãmationi, vt dyſent. cauſę debēt̃, cũ ſatis ſuperq́; cōſtēt; ex approbatis petant̃ authoribus: de indicato hoc, mittēdo .ſ. ſanguine, arriſit perpauca adnotare; nè cōtra medicinæ leges, ꝗs putet, ſanguinis miſsionē in dyſent. ꝑ initia vlceris, exiſtere. Quòd ſi ab humorũ acrimonia, mordacitateq́; ſcaturiat eadē, cōiectãdũ in

Prima indicatio ꝑſeruatiua in dyſent.

In dyſenter. quãdo ſanguis mittēdus.

Gal conciliatio.

in primis, an æqualitèr omnes peccent, non solùm in qualitate, sed A
& in quãtitate, ita vt cachochimia sit plethonica; vel seiunctìm humorum vnusquisq; ; hicq; in toto adhuc vel in parte: ac quomodocumq; peccent, & vndecumq; fluant, dummodo copiosi sint cõstãtibus viribus, alijsq; permittentib', & excretio nõ fiat critica sanguis mittatur: sumpta saltèm indicatione, & à morbi magnitudine, & à reuulsione faciẽda ab intestinis exulceratis: *ex quo patet* (dicebat Gal. 4. Meth. *6.*) *non hoc esse* (hoc est sanguinis redundãtiam) *quod mittendum sanguinem indicet, sed magnitudinem morbi, ac uirium robur; exceptis tamèn à sermone pueris*: ad purgantia nunc ex eiusdem Gal. legib' 4. Meth. *6.* vt accedamus, sciẽdum quòd, *Sicut missio sanguinis, uel propter ipsius abundantiam, uel propter morbi magnitudinem, ita purgatio, & propter abundãtiam alterius cuiusq; succi, & propter uim morbi adhibetur*: Quòd autem conueniat purgatio in vlceribus intestinorum. Hyppocrates lib. de vlceribus apertè nos docuit. *Purgatio inquiens per aluum plurimis ulcerum prodest, præterea uulneribus, quæ sunt in capite accepta item, quæ in uentre, & articulis, &c.* Cœterùm purgans hoc medicamentum haud validum sit oportet, nè magìs exacerbentur vlcera, sed blãdum, ac lene, quale non tantùm noxios in toto, & in parte educat humores, sed alicuius etiã adstrinctionis sit particeps; quò affecta pars corroboret, & valẽtior ad expellẽdum, C
nec recipiẽdum fluentem humorem, efficiatur: hoc verò exstiterit, vt ad magis specificum præseruatiuũ deueniamus indicatum, vel colagogum, vel phlegmagogum, aut melenagogum, pro humoris peccantis varietate, quarè colagogum exstiterit opportunum pulpa thamarindorũ, decoctum mirobolanorũ citrinorũ, rhabarbarum, atq; similia: phlegmagogum erit rosaceum mel, cum decocto mirabol. chebulorum, manna, sy. ex infusione rosarum, cũ portione agarici, atq; rhab. torrefacti, melenagogum fuerit, senæ epithimi, vel indorum mirabol. decoctum; quod semper sit oportet, ex D
simplicibus adstringẽdi facultate donatis, plantag. mirto, citonio, oxalide, vel torrefacto ordeo, atq; similibus: quibus rhab. infusum poterit admisceri. Siq; aliqua opus fuerit, ante purgantium vsum humorum pręparatione; hęc pręmittenda cum præparant bus pituitã, aut vtramq; bilem, decoctis syruppis vel conditis: quod spectat ad rectam administrationem, purgatio molienda erit, ex Galeno 4. Meth. *6.* & Hypp. primo aphoris. in initijs morborum, quando vlcus intestinorum est potiùs in fieri, quàm in facto esse: locus diuersus exstiterit, pro diuersitate exulceratorum intestinorum, siue superna, siue media, siue infima sint: & propterea per vomitum, per vrinam, atq; deiectionem. *Quarè nunc quoq;* (dicebat Gal.

[Margin notes: In dysent. quãdo purgandum. — Purgantis medicam. in dys. cõditio. — Indicatum magis specificum in purgatione dysent. — Recta purgat. administratio in dysent. quę.]

B

E Gal. loco citato) *si etiam num fluxio ualentèr irruat, reuellere ad contraria studebimus: utiq; si in superioribus ulcus consistat, per inferiora purgantes, sin autem in inferioribus sit, superiorem uentrem uacuantes. At si iam fluxio restitit, atq; in membro inhæsit, deriuare per uicinam magis expedit; quin etiã dum maximè influit tùm ad diuersa repellere:* quæ autem præsidia indicata sint indicantibus satisfacientia, iam satis arte peritis sunt nota. Quod spectat ad quomodo agendum molienda est euacuatio, affectarum partium ꝑ earundẽ cõstitutione; ea igitur anfractuosa cum sit, abstinendum iudicio nostro à pulueribus soluentibus; & à medicamentis, vt aiunt in substantia absorptis: vnde in legitima

Quando per superiora, & per inferiora purgãdum in dysent.

Pulueres solutiui in dysent. suspecti.

F purgatione infusum maximoperè commendatur, tùm quia egemus vehiculo, tùm quia in sinuosis intestinorum inuolucris nõ retinetur, nec auget dysenteriam: vnde qui commendant in eorum assertionibus, duram, & asperrimam muriam, calcem, sandaracã, auripigmentum, cartam vstam, ac consimilia; quæ puluerizentur, non videntur indicationem sumere à fabrica, laborantis in dysenteria, particulæ. Purgatio in vlceribus intestinorum molienda, gratiâ fluentium aliundè humorum, vt ex Tralliano licuit colligere, debet respondere sanguinis missioni, quæ per vices tentata, noxios educit humores, nec vires labuntur: At si post euacua-

Confutatio assert. 69. 70 71. 72.

G tionem, imminutionemq; plethoricæ cachochimiæ, eadem perseueret, alterantibus agendum, corrigentibus, huius aut illius humoris acrimoniam, prout vsus expostulat: medicinaq; grauissimorum virorum perscribit: non solùm syruppis, continuisq; dilutis, sed, & victus opportuna ratione, atq; potissimùm alimentis, quæ non tantùm huius aut illius humoris vitium compescant, sed partium intemperiem vnde effluit vitium emendent; siue hepar, siue vẽtriculus, siue lien existat, cœrebrum, mesaraicę venæ, &c. Sed .n. specificam magis de indicante ac indicato præseruatiuo in gratiam fluxionis, atq; doloris in dysenteria, vt faciamus doctrinam,

Alterantia quæ, & qñ in dysent. conueniãt

H quale sit indicatum vtriusq; speculandum.

DE altero indicante, ac indicato in dysenteria, præseruatiuo, desumpto à fluxionis symptomate, causæ gerentis uicem: deq; eiusdem usu. *Cap. XIIII.*

PORRO quemadmodùm indicatum præseruatiuum à causa præsertim desumptum vlceris, illius est, per cõtraria opportuna, ablatio, siue sanguinis missio sit, siue purgatio, ac alteratio: quæ noxijs, ac vitiosis debetur humoribus, visceribusquè præcipuis, in quibus aggenerantur: sic fluxionis, atq; doloris, causę (vtì dicebat Galenus 12. Meth. 1.) occupantis locum, præcipuum indicatum est,

est,adstringens,& anodynũ,hoc nēpè doloris,fluxionis illud: Vbi A
ergo aluus patientē sollicitat,præ nimia viarũ lubricitate,vel excretio sanguinolēta extat:ad adstringentia ꝓperādum, eiusq; sint generis,vt moderatè adstringant,exiccent,acrimoniāq; fluxionis obtundāt;cuiusmodi sanè sunt cōserua antiqua rosarum,cidoniorum,maioris symphiti,mirtillorum:vel eorundē syrupp.& ꝑcipuè rosarum siccarum,cum appropriatis decoctis,plantag. ordei torrefacti, &c. vnà cum mastice,corallo rubro,cornu cerui,lēnia terra,tragacanta, atq; similibus,clarificatis; quorum oīum,quia magnus est apud vulgares quoscumq; apparatus. Adstringens medicamentum,non solùm internum, sed externum quoq; esse conueniet;in quo vsu accōmodatissima sunt cataplasmata,fomentationes, siue epithemata, inunctiones, ac subfumigia: prioris speciei B
erit epiploon veruecis,calefactu, in oleo masticino, mirtillorum, aut cidoniorum,cataplasma ex acatia,alioue mitiori adstringēte: (quæ.n.magnopere adstringunt,densata cuti,fluxiones cōcitatiores redduntur.)epithema aptissimum extiterit,ex absinthij folijs, rosarum rubearum,plantagine,menta si fuerit opus, in aqua pluuiali incōctis,cũ aliqua portione aceti,atq; rubētis vini. Inunctio ex perscriptis oleis,alijsq; innumeris,quæ tetigisse sit satis,quò facile hinc ad similia,& valentiora prudens medicus, hac methodo C
duce,accedat. Suffitus,ex aceto fiat,asininoq; stercore,tasso à vulgarib⁹ nuncupato,barbato, atq; cōpluribus, quorum cathalogus, in recentiorum præsertim operibus,asseruatur. Præseruatiua indicata hæc pauca adnotare arrisit,potiùs in gratiā obseruādæ meth. in vnoquoq; curando affectu,quā dysenteriȩ,curādȩ:quādoquidē grauissimi,ac de re medica optimè meriti,professores, rem omnē præsenti factitantem negocio, adamussim, attigēre. Cœterùm ꝙ attinet ad rectam indicatorum omnium,administrationē,monet Gal.12.Meth.1.quòd qñ eorum,quȩ retinentur,& expelluntur D
excessus,contristant,substantia.s.quātitate,vel qualitate (vtì vidimus)ad adstringentia cōferre debet se medicus;cui tñ ex Gal.placitis lib. de sang. missione aduersùs Erasistratũ,memoriæ quāprimum retinendum,peccantem humorē,aut malignum,num quam cohibendum esse, nè aut in febrē, aut in insaniā, aut apoplexiam, aut atram bilem, aut nephritidem, aut pleuritidem, aut hydropem, aut hemoptoicum affectum,aut sanguinis vomitionem,patientem traijciat: ad quam forsan veritatem respiciens Haliabbas lib.7.suȩ practicæ cap.23. ob id inquit; *Hepaticam dysenteriam curatu difficilē esse,quòd medici*(de vulgaribus loquens) *huius causam nō attendentes,protinùs sistentibus utantur,cum magis aperientib⁹ uti expediat.*

Adstringētia fluxionem in dysent.qualia.

Cataplasma adstringens.

Epithima adstringēs.

Suffitus adstringēs.

Quando vtēdũ adstringentibus.

Gal. pulchra doctr.

Sed

E Sed esto in pręsenti, coactum esse medicum, vti adstringentib': locus opportunus, qui spectat ad vbi agendum ex Tralliani sentẽtia, libr. 9. cap. 9. extiterit varius, pro varietate loci, à quo fluxiones excitantur in ventre; quarè, si fluxio procedat, à superioribus intestinis, per os adstringentia administrabũtur, quo nomine cõducunt, non solùm epota medicamenta, sed, & alimenta; cuiusmodi in primis ptissana, alterata, cum adstringentibus, & partem vnde procedit fluxio alterantibus: syruppisq; huic negocio destinatis, ritè tamen administrandis: si verò fluxio, ab infernis emanet, per ea, quę inijciuntur, per clisteres; & per glandes, si ab infimo in-

Vbi agendum in dysenteriæ fluxu.

Alimenta dysent fluxionum opportuna.

F testino scaturiat, succurrendum: Quòd si media affecta sint intestina ex Gal. pręcepto 4. Meth. 7. ad vtriusq; generis accedendum auxilia, tàm inquam per supernas, quàm infernas partes: quib' vel in primis satisfacere valent iniectiones, ex decocto lenticulę, rosarum rubearum, ordei torrefacti, mirtillorum, balaustiorum, &c. iuxta varietatem fluentis humoris, in maioriq; aut in minori copia: fluente itaq; sanguine, cõsilium medicorum est, ad succum poligoni, & arnoglossi trascendere, ad plantaginis succum, ad bolum armenum, sanguinem draconis, cum lacte calibeato, & ad ea quæ vlcera consolidant, firmantq; properare. quibus omnibus capril-

Fluente sanguine quid agendum in dysent.

G lum seuum admixtum, quod citissimè concrescat, nec tantam, vt hircinum habeat caliditatem, acrimoniam, atq; mordacitatem, maximoperè confert, id quod animaduertens Arabum Princeps libr. 3. tract. 11. fen 16. cap. 7. *Et scias (inquit) quod adeps caprarum bonum est super totum illud, quod aggregatur ad dyssenteriam ex glutinantibus est enim succurrens, & sedans mordicationem, & congregatur super locum ægritudinis uelocitèr, & hoc etiam non est necessarium nisi in principio:* Iniectionum quantitas, eaquè continua à parte perscribitur affecta, maioriq; vel minori actione excretorum, à quibus magis etiam, vel minus adstringẽs indicatur in pri-

Quantitas agendorũ in dysent. per clisteres.

H mis. quarè ctisteres in alui immoderata fluxione, siue leniendum, siue glutinandum, necnon abstergẽdum sit in magna erunt copia; quæ maior extiterit, si affecta pars vicina sit medijs intestinis: in minori erit, in tenesmo, & in affecta particula recti intestini: Vtẽdi modus perscribitur, ab integra medicorum schola, vnoq; doctissimo Tralliano, commendante, iniectiones, penicillas glandes, & consimilia, iuxta remotionem, aut vicinitatem partis. à qua fluxio concitatur: & quoniam apud recentiores practicos ad satietatem, tàm simplicia, quàm composita, huic rei accomodata referuntur, satius sit, ad alia conuolare.

DE

DE indicante altero, ac indicato præseruatiuo, eiusq; usu, sumpto ab doloris symptomate, infestante in dysenteria. *Cap. XV.* A

SI Ergo dolor maximoperè in dysenteria vrgeat, gerẽs tunc temporis locum causæ morbificę, obledentis actiones, si non omnes, saltim vitales; sumpta à dolore indicatione præseruatiua, totum studium ad illius mitigationem conuertendum, per anodyna; quæ sanè nõ vnius sunt ordinis, sed mitiora quædã, à quibus inchoandum, valentiora alia, ad quæ nonnisi vrgente necessitate conuolendum: siquidem medici quicumq; cœlebres, Galenusq; in primis 2.4. & 7. B de compos. medicam. secun. loca, & alibi sępius in hanc deuenêre sententiam, omninò fugiẽdum esse, anodynorum valentium (quo in albo existunt narcotica dicta) vsum; neq; ad ea confugiendum, nisi magna cogamur necessitate: cogimur verò, quando maximè sœuit dolor, vt nequaquam amplius ferri posse, sine euidenti periculo putemus; quandoquidem, aut conuulsionẽ, aut virium casum, aut importunam vigiliam parit; sicuti in dysenteria vsu vt plurimùm solet venire: Tunc igitur occurrendum dolori; capto namq; somno, resumptisq; viribus, faciliùs potest medicus, atq; natura cum doloris causis pugnare: Sedandus itaq; dolor, vt Gal. docuit C 5. de simplic. medic. facult. 19. vel medicamentis, verè anodynis, quæ moderatè calefaciunt, molliunt, & quoquo modo digerunt, sicuti oleum anethinum, amigdalinum, chamæmelinum, & adipes præparati vt anserinus, gallinaceus, anetinus, rosaceus, &c. ex quibus emplastra, fomenta, & illitiones (quibus adstringentia aliqua sunt admiscenda) fieri possunt: muliebre item lac calibeatum cum præfatis, vel simplex, iuxtà indicationem desumptam quandoq; à doloris causa: vel sedandus est dolor, cum dictis narcoticis, quæ scilicet torporem inducentia, ligata particula sensũ, dolorem non sentit. *Quòd si dolor adeò fiat fortis donec appropinquet syncopis non erit excusatio narcoticorum:* Huius verò generis sunt inter D simplicia, opium, radix mandragoræ, hyoscyami semen, cicutæ, &c. inter composita verò, sunt in primis Philonium à Gal. commemoratum 12. Meth. quod conuenientissimum est in colicis doloribus intestinorum. Requies Nicolai, Triphera magna, Athanasia, diacodion, & pillulæ de Cinoglossa, aliaquè ex vsu artis parta, parandaq; in quibus non solùm scopus esse debet medico, stuporem sensui obducendi (quod officium est eorum seminum atquè simplicium, quę ea facultate prædita sunt) sed procurandi nè insigne aliquod detrimentum, in oblæsa remaneat particula; ac

Narcoticorum vsus quando fugiendus.

Narcotica quando cõueniant.

Verè anodyna quæ.

Narcotica quæ, & qũo prosint.

Scopi in componẽdis narcoticis, qui.

E ac affectum respiciendi, à quo symptoma traducit originem; ita vt citò, tutò, atquè iocundè sic occurratur symptomati: occurritur, autem si cum Auicenna loco citat. cum aqua ordei adipe caprarum, oleo rosaceo, gummi arabico, cerussa, & vitello oui, omnibus conquassatis cum aliqua portione opij. Quòd symptomatis sœuitia si tanta non sit, vt patientem sollicitet, affectui incumbendum: siq; calida sit intemperies, pugnandum cum frigidis; quo nomine conueniunt etiam narcotica, quę, & stuporem inducunt, acrimoniam humorum emendant, & tenuitatem eorundem incrassant: cumq; dolores in dysenteria, vt plurimùm ortum ducant ab humore, tenui, acri, atq; mordaci; narcotica medicamenta (quibus semper admixtum est aliquid, quod læsionem respiciat partis, per quam eorum fit transitus) & symptomatis vehementiã respicient, & affectum, & causam, à qua dolor sępissimè concitatur. Quòd si intemperies frigida sit, calidis resistendum, neq; interim abhorrendum à stupefacientibus, vtpotè prudens Medicus ea possit ad libitum parare, minorem soporiferorum accipiens portionem, & maiorem corrigentium; quæ calida sunt: vel saltèm recentioribus relictis, ad vetustiora cõscendere, quę, & minùs frigida sunt, & tutiora, vt Gal. monuit 12. Meth. 1. Quod attinet nunc ad rectum anodynorum vsum, tàm primi, quàm secundi ordinis, perscriptus is ille est, ab eisdem, à quibus indicatio desumpta est præseruatiua, ab infestante fluxione, ad cuius præsentiam, veluti ad adstringentia conuolandum, sic ad anodyna, infestante dolore properandum, per superius, inferius, vel alia in quacumquè parte, in qua dolor constiterit. Quantitas perscribetur tùm à maiori, vel minori actione doloris, tùm ab exquisito, vel minus exquisito patientis particulæ sensu. Modus verò à vicinitate, vel remotione sentientis partis, ita vt in ventriculo V.G. conueniant anodyna in forma solidiori assumpta, quò diutiùs detineantur, in intestinis, fluidiori, cum maiori egeamus vehiculo: Hæcq; in Methodi medendi gratiam de anodynis, in sedandis dysentericorum doloribus dicta sufficiant: perscriptam omnium dosim, qui affectat, ad recentiores, antiquioresq; recurrat rei medicę professores. Interim non discedendum ab Auicenna libr. 3. tract. 2. sen 16. cap. 7. suadente clystere cum aqua ordei oleo amigdalarum vitello oui, & aqua rizi, decocti cum adipe renum caprarum annualium quia minus calidus est; nequè Galeni prætermittendum anodynum relatum lib. 12. Meth. primo cum dixit. *Sed cum exempligratia, in dysentericorum deiectionibus, ubi uehementer rodunt, uel tragi succum, uel caprinum seuum, uel rosaceum cerotum per inferius indimus;*

Affectui quando incumbẽdum, & quõ.

Narcotica quãdo respiciunt affectum, & symp.

Anodynorum vsus vnde petẽdus.

Anodynã à Gal in dolore perscriptum.

Quibus

Quibus utiq; præsidijs ipsa intestinorum exulceratio non sanatur, maximè si putredinosum aliquid habeant, sed uires interim conquiescunt: quatenus .s. sedato dolore, somnus recuperatur, & à somno vires reficiuntur: quod fit per rosaceum ceratum, & succum tragi, qui acrimonias obtundit: vel quatenus, fluxio chohibetur, quod fit per seuum caprinum, quod est adstringētius hircino vt ex Dioscoride adnotauimus: vel vt Gal. rectius sentit, quia facilius connescit; nec tātam vt hircinus habet acrimoniam vel quia vt Auicennas can. 2. cap. de adipe inquit, & Sauonarola etiam ille cognouit, adeps caprinus est magis stipticus, & hircinus est vehẹmētioris resolutionis, & ideo vt plurimum vtimur adipe renum caprarum, & fortior etiam est in vlcere intestinorum. A B

Anodyna Gal quo nomine p. fit.

DE indicante curatiuo in dysenteria curanda desumpto, ab ulcere intestinorum, quorum methodica curatio, qūo per indicata aggrediēda sit, uno elucescit intuitu. Cap. XVI.

SVPEREST nunc, vltimam vt imponamus manum nostris his medicis exercitationibus; vlceris, intestinorum, quæ in dysenteria afficiunt, ex perscripta medendi methodo vt aggrediamur curationem: hæc igitur cum indicante, indicatione, ac indicato perficiatur: nulli dubium, quòd vlcus vt quid pręternaturam, indicans erit curatiuum, ꝙ postulans sui ablutionem; indicatio curatiua erit ablatio per sua contraria, nimirùm vnionem, & exiccationem; Indicatū verò medicamentum vniens, & exiccans in determinato quodam gradu, quale autem sit, hinc colligat. Cum in coctione, à natura molita ob caloris imbeccillitatem duplex generetur excrementum, tenuius vnum, quod ἴχωρ vocatur à Græcis, & virus à latinis; crassius alterum, quod sordes dicitur ab eisdem; ac naturæ vtrumquè impedimento sit pro carnis regeneratione, tenuius quidem per superfluam, redundātemq; humiditatem, crassius verò, ob impuritatem ipsius, ac vitium potius in qualitate: hinc fit, vt duplex medico in curandis vlceribus omnibus, & præsertim intestinorum sese offerat indicatio; exiccandi .s. quæ debetur vlceri ichoroso, ac virulento nuncupato à latinis; atq; detersio, quæ debetur vlceri sordido. Sed .n. quia subalterna hæc est indicatio, non specifica, diligentèr coniectandum est medico, nùm vlcerata pars, ex sui natura, atq; temperie plurimùm vtroq; scateat, excremento, vel mediocritèr; quandoquidèm non idem exiccantium, & detergentium ordo vnicuiq; debetur, verùm parti sicciori, siccius debetur medicamētum, minùs siccę, minùs: ratione etiam habita C D

Vlceris methodica curatio.

Duplex in curand. vlceribus indicatio.

ad

E ad vniuersum corpus, quod si cum temperie affectæ partis coincidat, magis vel minus siccum indicabit remedium. Sumpta ergo indicatione à partis laborantis temperie, vt efficiente generationis carnis, quæ per similium adhibitionē seruabitur: & sumpta indicatione ab vtroq; redundante excremento, quod sui per contraria, indicabit remotionem, ad indicatum specificum descendendum: quare quia intestinorum temperies Gal. auth. passim, & præcipuè 9. Meth. frigida est, & ratione suę compositionis sicca, nō tñ vltra modum (calidior .n. est, intestinorum caro, quàm cutis, & siccior cuti) opportunum extiterit indicatum, medicamentum non admodum refrigerās, & magis exiccans, ita vt cum adeps hircinus calidus sit, atquè humidus, nullo pacto indicatum esse possit ab ipsa laborantis in dysenteria partis, tēperie: quarè opportunum extiterit auxilium, vel decoctum lentium excorticatarum (abiecta prima aqua) decoctum brassicę, abiecto priori iure (sistit.n. fluxionem, & siccando consolidat) decoctum etiā vel succus plātaginis: vel poligoni, ad duas, aut tres vncias, bolus præterea armenus, hematites lapis; decoctum adhuc rosarum aridarum, malicorij balaustiorum, gallarum omphacitidum, & consimilium, ordei torrefacti, &c. dummodo sine morsu sint, neq; admodum vehementèr adstringant: omnis etenim medici industria in dysenteria eò tendere debet, vt medicamenta eligat, quæ citra morsum desiccent, & moderatè adstringant; quæ namq; maximè adstringunt, ex Gal. 1. de comp. med. secundum genera, cap. 1. vlcera exasperant: siq; ad valentiora opus sit trāscendere, non recedendum à sigillo lemnio, terra samia, pompholige, acatia, & thuris lachrima; Quòd si, non solùm consolidandum, sed detergendum quoq; intestinorum sit vlcus, admiscendum prȩfatis mel crudum, coctum, quod minus acre euadit (licet magis detergat) rosaceum mel, syrup. rosaceus, ex rosis rub. zaccarum rosaceum, aqua marina, muria, & alia valentiora (dummodò infestans non prohibeat dolor:) atq; ab his in primis inchoandum, inde verò ad astringentia, consolidantiaq; præfata accedendum, tamquam vnio, seu consolidatio fieri rectè nō possit, nisi priùs administretur detersio: quę sanè licèt per valentiora adhùc possit administrari, neq; nos isthęc lateant, Auic. proponat lib. 3. tract. 11. f. 16. cap. 7. & Trallianus, lib. 8. cap. 9. vniuersa apportet: quia tñ, ea non sunt indicata simplicitèr ab vlcere sordido vel virulento, hinc est, quod rectum ad vsum accedentes dictorum indicatorum, aliorumq; paucis apportare tētabimus, quæ ex medicorum placitis, intestinorum vlceri conuenire videntur. Facta igitur distinctione vlcerum, infestātium, gracilia, vel crassa, intestina, aut

Efficies carnis generationis.

Indicatum à temperie intestinorum quale.

Medici in dysent curanda industria.

Detergentia quæ.

A detergentibus inchoandum.

M media,

media, ſuppoſitoq; ex ſignis aliũdè petẽdis, vlcus eſſe in inteſtinis A ſuperioribus; indicata pręterquamꝙ ſunt adminiſtranda per os (ꝙ ſpectat ad vbi agẽdum) eius eſſe debent cõditionis, vt medicorum ſchola vniuerſa teſtante, alimenta in primis ſint medicamentoſa, quæ. ſ. & vim habeant nutriendi, ac reſtaurandi, id ꝙ in dies magis deperditur, quæq; exiccantem, atq; adſtringentẽ, corroborãtemq; poſſideant facultatem abſq; vlla acrimonia; cui vſui ſatisfacit in primis lac chalibeatum, vel cum candentibus calculis decoctum, quouſq; ſeroſior ſit pars conſumpta; iuſculum aliquod alteratum, cum folijs plantag. portulacæ, roſarum rubearum, &c. ptiſſana, cui admixtus ſit puluis corallorũ rubeorum, roſarum rub. cornu cerui, terra ſigillata, mora tàm ortenſia, quàm ſilueſtria exiccata, turturis pręparatus puluis, cortex thuris, coclearum teſtarũ cinis; pterea ſuccus aliquis, vt omphacium, vel malicorij, & granatorum, per reſidentiam depuratus, ſuccus, centidonij, &c. quòd ſi ad medicamenta accedendum ſit, iam ſyruppi fuère prædicti, neq; valẽtiores, ex portulaca, plantagine, cẽtidonio, ſimilibuſq; ex artis vſu parandis deficiunt: ſiq; antiquum ſit vlcus, Celſus commendat frigidę potionem, tamquã adſtrictoriam habeat facultatem. Conſiſtente ergo vlcere in ſuperioribus inteſtinis, per os ea omnia accõmodata cẽſentur præſidia, quæ ſanè diuariari poſſunt in forma ſolida, vel liquida, maoriq; vel minori copia, put maiori, aut minori egemus vehiculo; ita vt ſi ſuperiora inteſtina affecta ſint, propè craſſa, liquidiora conueniant, & in maiori quantitate, ſi nõ admodum longe à ventriculo, ſolidiora, & in pauciori, velutì electaria ex ſy. parata, & zaccaro roſaceo antiquo, pillulæ ex puluerib' prędictis parandę, quæq; à Tralliano proponuntur, ac alijs, quorum minor non adeſt numerus, quàm pillularum, ſimiliumq; medicamentorum. De indicatis externis, admouendis ab vmbilico ſupra, non eſt, vt quicquam producam in medium, quando vnus Trallianus citat. lib. & cap. epithemata ex hypociſtide, balauſtio, alterci ſemine, aniſorum, &c. adamuſſim proponit: Cerata item ex maſtiche, palmulis, alumine liquido, aloe, atq; roſaceo: Vnctiones etiã, quas magno faciendas eſſe conſilio, & apparatu ſuadet, medijs affectis inteſtinis tum quæ per os, in liquidiori forma parata cõueniunt, tum quę per inferius, perſcribenda in maiori quantitate cõducunt. Omnis ergo medicorum cœtus, ad ea quæ inijciunt ſe cõferens, ſi vlceri conſilium ſit proſpiciendi, ex Gal. præcep. 4. de cõpoſ. med. ſecund. gen. cap. 1. ab oleoſo quocũq; genere abſtinebit, ac adipe quocumq;, & præſertim ſuillo, tanquã indè plurima ſuccreſcat ſordes, & vlcus virulentius, atq; ſordidius efficiatur; cui veritati

Indicata ab vlcere in ſuperioribus inteſtinis.

Doct. Celſi aduerſa aſſert. 78.

Indicata externa in curando vlcere.

B

C

D

E ritati intentus Auic.lib.3.tract.11.fen 16.cap.7.hæc habet. *Et ulcus cum prouenit ad saniem, indiges mundificatiuis, & indiges, ut alienes pinguia, & glutinatiua, & separantia inter medicinam, & ægritudinem*, &c. Neq; tñ hinc conuenire putandum est, medicamēta proposita ab aduersario in assert.67.68.69.70.71.72.73.74. vbi ipse commendat, duram, & asperrimam muriam, Musæ, Andronisq; pastillos, calcem, sandaracam, auripigmentum, atramentum sutorium, & cœparum id genus, q̃ Græci carton vocant, quandoquidem ex Gal. decreto 4.de comp.med.per genera, carnē colliquāt, & colliquatæ in ichores vertuntur prauos, & partes circumiacētes medicamentorum F vi dissipatę, in sordes procedunt: *cumq; administras clysteria in quibus ponuntur medicinæ cauterizatiuæ est periculosum*, dicebat Auic. Sed ad institutum nunc: Aptissima in dysentericorum vlceribus indicata per inferiora sunt, tum lac vstulatum, tùm ptissana cum pulueribꝰ perscripta: tùm iuscula, atq; ex simplicibus præcitatis decocta: & quoniam duplex, vt vidimus in vlceribus intestinorum præcipuè curandis est indicatio, consolidatio nimirum, atq; abstersio: hac primùm, per ordei decoctum, serum lactis, hidromel, zaccarum rubrum, mel rosaceum, muccaginem psillij, extractam in aqua rosacea, & consimilia administrata, ad consolidans indicatum se cōG feret, ad decoctum inquam plātaginis tapsi barbati, summitatūm rubi, gallarum, orizę torrefactę, balaustiorum, baccarum lauri, rosarum rubearum, caudæ equinę, & ad similia; quibus admisceať, acatia, hipocistis, bolus armenus, sanguis draconis, lapis hematitis, succus plantaginis, & exiccantium multiplex species: quarum gradus diligentèr sunt medico obseruādi, vt ad maiorem, vel minorem faciendam exiccationem, tutò ad simplicia possit descēdere: nec interea detergētium ignorare debet naturam, quando vbi vlcus summoperè sordescit, ad valētiora accedēdum, quādo verò H parum, ad mitiora: quòd si vlcus consistit in recto intestino, glans ex perscriptis pulueribus croco, mirra, thure, &c. est aptissima; abstinendumq; (Sauonarolæ iussu) ab arsenico, atq; valentioribꝰ cicatrizantibus. Reliquum itaq; nunc id esse videreť, vt ex indicantium doloris, fluxionis, ac vlceris complicatione, complicata afferremus indicata; verùm quia vnusquisq; ex artis vsu, sibi potest parare, seruata Gal. lege, in indicantium vehementia à nobis perscripta, ad indicata descendendum. Atq; hæc satis esse putamus, ꝓ illustranda veritate eorum omnium, quæ scribendi à nobis suscepta prouincia exposcebat; quarè de singulis æterno DEO Trino, & Vni, sit laus, & gloria in sæculorum sæcula. Amen.

Cōfutatio assert. aduersarii.

Valida detergentia cur damnanda in dysenter. Auic.lib.3. t.11.f.16. cap.7.

Indicata in vlcerib' crassorum intestinorum.

Exiccantiū & detergētium ordo medico necessarius, vt cognoscatur.

Indicatum in vlcere recti intestini.

Complicatio indicantiū indicat complicationẽ indicatorum.

FINIS.

PERORATIO AVTHORIS

IN SVAS MEDICAS EXERCITATIONES.

ARIDVM, *Ac prætenue orationis nostræ, filum sectantes, eousq; humi ferè serpentes processimus; ut Ciceronianis depositis numeris, philosophico stylo, complura, ad Physiologiam, Pathologiam, ac Therapeuticam, non exiguas Medicinæ nostræ partes, attinentia, discursui subiectauerimus: Et quamquàm docta, graui, composita, erudita, excussa, ingeniosaq; oratione, ueneris cuiusq; atq; leporis plena, innumera, earumdem Medicinæ partium, mandata sint Typis ab alijs doctissimis uiris, qui non minus in Grammaticorum scholis, & pedagogijs, quam philosophiæ, medicinæq; academijs, ob sermonis fœcunditatem, ad Cælum usq; laudibus efferuntur. Nobis tamèn arrisit, arridetq; magis, in philosophicorum, ac sapientum conuentibus uersari, quàm in his, quæ de sermone sunt, inani temporis iactura, commorari. Nàm tanta est (Amice lector) inter Oratoris munus, & Philosophi pugnantia, ut pugnare magis inuicèm non possint: ubi enim, huius est in cognoscenda, & demostranda ueritate, præ cunctis uersari, illius est mentiri, decipere, circumuenire, præstigiari (huius uel sententiæ authore, doctissimo Pico Mirandulano, in quadam ad Hermolaum Barbarum, eruditissima epistola:) Facundia quidèm res est elegans, plena uoluptatis, & illecbræ, sed in philosopho (ut idem uolebat) nec decora, nec grata: quandoquidem quærit Philosophus, non quomodò scribat, sed quid scribat, ac mauult maiestatem ex horrore consequi, quàm mollitudine gratiam. Quamobrem his, consimilibusq; ducti rationibus, Tullij sectati concilium, rebus contemplandis, nobis præ oculis appositis, non eloquentia satisfecimus, sed doctrina (ni fallimur) neq; orationem fuimus amplexati, sed rationem: quid plura? indisertam (ni φιλαυτία nos decipit) maluimus prudentiam, quàm stultam loquacitatem; pro uiribusq; curauimus, non floridis uerbis, quæstiones in re medica, complures dirimere, sed latinè; siq; minus latinè, uolentes naturam rerum diligentius intueri, atq; rimari, quàm quod ab alijs quibusdam factum esse comperimus. Numquid eodem tempore, Romanæ linguæ proprietates, leges, obseruantias magis, quam res ipsas, debebamus attendere? quarè si Ciceronem non expressimus, nos expressimus: Si profluentem sine modestia Liuij ubertatem sectati non fuimus, Quintiliani item acumen, Lactantij sonum, Curtij lenitatem, & elegantiam Columellæ, ueritatem præ singulis potentiorem fuimus amplexati. Electa itaq; uerba, casta latinitas, atticus nitor, iunctura tenuis, numerosus ambitus, grata concinnitas, hilaris color, pura uenustas, ornatus facilis, agentes figuræ, ex Grammaticorum petantur scholis: acris sensus, apta exempla, multa fides, grauia argumenta, ex hisce depromantur exercitationibus: quibus arrisit Perorationis loco hæc adnotare, tum ut lector amicus intelligat, stomachum nobis mouere, grammatistas quosdam, de singulis enunciantes, tum, ut non nesciat, & philosophiam, & medicinam, ueritatis studio, non lenocinijs esse colendam.. Nam, ut Manlius in Astronomicis asseuerabat.*

Ornari res ipsa negat, contenta doceri, Postulat, &c.

contentus igitur uerbis, nondum forsan Latij iure donatis, ijs sum usus, quæ, & ipsa rerum nouitas, & quædam propè necessitas expressit.

EGO Frater Gregorius Seruantius Ordinis Prædicatorum minimus rogante Ad: R. & Illustri Domino Vicario Episcopi Camerinensis uidi, & legi præsens opus Exercitationum Medicarum Excell. Domini Iosephi Thauorini, & nihil in eo inueni nec contra fidem, nec contra bonos mores, nec temeritatem sapiens; sed omnia eruditionem, & doctrinam eximiam redolentia; quæ Auctorem gloria, & præmio singulari librum uerò faciunt impressione dignissimum. Sic iudico. Kal. Septembris. 1598.

VOLUMEN Hoc inscriptum Exercitationum Medicarum, stante relatione facta per R. P. Fratrem Gregorium supradictum, cui plurimum fido, dignum duxi quod in communem vtilitatem in publicum prodeat, ac Typis excusum euulgetur. In quorum, &c. Dat. ex nostris ædibus die vij. Septembris. 1598.

Io: Paulus Pongellus Archid. Vic. Gen. Camerinen.

AVTHORVM NOMINA QVORVM
fide, & authoritate Liber conscriptus est.

Actuarius.
Aelianus.
Aëtius.
Agatarchides.
Altimarus.
Alexander Trallianus.
Ambrosius Parreus.
Aliabbas.
Aristoteles.
Archang. Mercenarius.
Archāg. Piccolomineus
Aurel. Cornelius Celsus.
Auerroës.
Auicennas.
Augerius Ferreius.

Celius Aurelianus.
Cicero.
Columella.

Dioscorides.

Franciscus Valeriola.
Franciscus Vallesius.

Fernelius.

Gabriel Fallopius.
Galenus.
Georgius Bertinus.
Gordonius Medicus.

Hieronymus Cardanus.
Hieronym' Mercurialis
Hieronym' Capiuaccius
Hyppocrates.
Homerus.
Iacobus Zabarella.
Io: Baptista Montanus.
Ioannes Marinellus.
Ioannes Diurius.
Ioannes Crato.
Io: Baptista Porta.
Iulius Cœsar Scaliger.

Laurentius Ioubertus.
Lactantius.

Manlius Poëta.

Martialis.
Moses.

Nicolaus Florentinus.

Ouidius.

Paulus AEgineta.
Picus Mirandula.
Plato.
Pythagoras.
Phauorinus Clauarius.
Plinius.

Quintilianus.
Rasis.
Sauonarola.
Simon Simonius.
Sebastianus Paparella.
Titus Liuius.
Theophrastus.
Turrisanus.
Virgilius.
Victor Trincauellius.

RERVM AC VOCVM TOTO OPERE MEMORABILIVM.

*

B.

Febrium

G.

H.

Homo

Liber

Practicæ

Vulpis

F I N I S.

Errata in colligendo Indice sparsim collecta, quæq; ob Authoris absentiam vt plurimùm sunt commissa, candido stylo sic corriges. Si enim inuersus aderit apex, vel prætermissus fuerit character, comaq; defuerit, vel redundarit, facilè emendabis.

Numerus Paginam, Litera locum significat.

Pagina 3. Litera d. Præsagiunt. 4.b. therapeutica. 4. c. therapeuticam. 8. d. generatio. 11. e. cartilaginum. 11. h. testatum. 12. c. prosequamur. 13. h. fatetur. 15. f. innutam. 15. g. tactus. 15. g. cum apportet. 16. c. carent. 21. g. sumamus. 22. a. humidius. 22. d. vbi, particula superest. 25. h. progrediamur. 28. b. medicinæ. 28. c. dignum duximus. 28. d. post hoc. 33. f. mesaraicis. 35. f. mesaraicis. 35. e. audiatur Hyppoc. 39. c. carnes Camerttium. 41. e. ne recedamus. 43. f. contactum. 48. b. sanguificandi. 60. h. non recedamus. 60. h. locum. 62. b. ne recedamus. 66. d. intuemur. 68. a. & inter hos. 68. a. dicebant. 68. d. crysibus. 70. a. accusante. 73. f. igitur, vt capiamus. 74. g. propterea, vt accedamus. 74. g. hic cum admittat. 77. c. pituitosiore. 77. h. quamq;. 77. h. exustioni. 70. d. Aristoteles. 78. e. in qua cum dicat. 83. h. nonnulla. 86. a. vt sumamus exordium. 90 b. æquipotentes. 31. a. prosequentibus. 90. d. intermittente. 92. d. modus motus. 103. h. permutata. 98. d. dentur. 117. g. diabetes. 118. a. assimilant. 104. c. in aucto. 114. d. deueniamus nunc. 119. g. insectantibus. 121 g concludendum, quod. 123. f. scribente authore. 123. g decreuerunt. 128. d. essentia. 129. e. Πρoσεχεῖς. 130. a. calor dissipatur. 131. g abscessus. 131. g in via. 132. d. addidimus. 133. f. compos sit. 133. f. atq;. 133. f. adinueniri. 133. f. vtentem. 139. f. suggeritur. 141. e. sin indicationes. 141. g. cum virtus. 141. h. voco virtutem. 142. b. repetamus obiter. 143. f. ita vt. 142. c. indicati. 142. d. debeat.

SERIES CHARACTERVM.

A B C D E F G H I K L M.

Omnes sunt duerniones.



CAMERINI,

Apud Franciscum Ioiosum. MDLXXXVIIII.